

XI.

Verzeichniss

von

250 verschiedenen Manuscripten

auf Pergament und Papier aus dem Mittelalter und den folgenden Jahrhunderten;

dann

1091 Werken in Folio

aus verschiedenen wissenschaftlichen Fächern, vorzüglich der Theologie, Geschichte, Philologie, Jurisprudenz, u. a.

welche

am 28. Mai 1855 und den folgenden Tagen in der Auktions-Anstalt für Bücher und Kunstgegenstände

vom

ANTIQUAR WILHELM BIRETT,

in dem Hause Lit. D. Nro. 256 in der St. Anna-Strasse

an die

Meistbietenden öffentlich versteigert werden.

Index.

A.	21 (Codices manuscripti membr.)	Pag.	1 — 5
—	— — — — — continat.	„	97 — 97
—	— — — — — et chart.	„	151 — 154
—	— — — — — chartacei var.	„	6 — 24
—	— — — — — Augustana (i. e. ad republ.	„	75 — 92
—	— — — — — ind. spectantes.)	„	96 — 147
—	— — — — — in folio, ad Theologiam, Historiam,	„	148 — 150
—	— — — — — Jurisprudentiam et al. facult. spec-	„	151 — 156

44

36303

B e m e r k u n g e n.

- 1) Alle Aufträge zu dieser Auction, welche mir gefälligst übertragen werden wollen, besorge ich gegen billigt zu berechnende Provision auf das Gewissenhafteste, und von einem höchsten Angebot wird nur dann, wenn es die Steigerung erfordert, Gebrauch gemacht.
- Außerdem haben auch die hiesigen löblichen Buchhandlungen, Hr. Nikol. Doll — Köbl. Kranzfelder'sche Sort.-Buchhdl. — die Herren Matth. Nieger seel. Erben, die löbl. Jos. Wolff'sche Verlags-Buchhandlung, die Güte, portofrei eingehende, mit hinlänglicher Sicherheit versehene Aufträge zu besorgen.
- 2) Die Versteigerung findet, mit Ausnahme der Sonn- und Feiertage, jeden Wochentag Vormittag von 10 — 12 Uhr, und Nachmittags von 3 — 6 Uhr statt. Die Zahl der jeden Tag zu versteigernden Bücher ist auf 150 bis 200 Nummern festgesetzt.
- 3) Um bei der Steigerung selbst keine Störung zu veranlassen, werden die erstandenen Bücher zurückgestellt, und können den folgenden Tag von 8 — 10 Uhr Morgens gegen solche baare Bezahlung abgeholt werden. Auswärtige Liebhaber erhalten dieselben sogleich nach der Versteigerung gegen die portofreie Einschendung des Betrags oder dessen Nachnahme.
- 4) Wird jede Anfrage sogleich beantwortet, und überhaupt jede Auskunft augenblicklich erteilt werden. Die zur Versteigerung bestimmten Bücher sind jederzeit zur beliebigen Ansicht aufgestellt.
- 5) Ist jedes Buch, bei dem hinter der Titelangabe nicht das Gegenheil bemerkt ist, als ganz gut erhalten, anzunehmen.
- 6) Belege und Gelder erblicke ich mir immer portofrei.
- 7) Die Pack- und Verwendungs-Kosten werden billigt berechnet.
- 8) Bemerte ich, daß ich fortwährend ganze Bibliotheken und einzelne Bücher käuflich, oder zum Auctions-Verkauf übernehme.

Da mir öfters Aufträge für alte Ritter-Rüstungen, alte Waffen aller Art, und sonstige Kriegsgeräte aus den verschiednen frühern Zeitverloben bis zum 1sten Jahrhunderte zukommen, so bitte ich die verehrlichen Besitzer von dergleichen verkäuflichen Gegenständen um ganz genaue Beschreibung der Objecte, unter Bestimmung des alleräußersten Preises. — Eben so können Auerbietungen von alten Schmeltglas-Materielen unter genauer Beschreibung und Preisbestimmung Berücksichtigung finden.

Liebhabern und Sammlern alter classischer Kunstwerke welsch ich ein schönes Tableau von Elfenbein in byzantinischer Arbeit, 2 sehr schöne dergleichen aus etwas späterer Zeitperiode, (schon mehr dem griechischen Geschmacke genähert) und andere herrliche Kunstgegenstände und Geräte von Elfenbein gegen billige Provision zu verschaffen.

Jede wünschenswerthe nähere Auskunft erteilt auf frankirte Aufträge mit Vergnügen

Antiquar W. Wirtt.

A.

Codices manuscripti membranacci.

- I. Codex MSC. membranaceus insignis optimeque conservatus continet IV libros beati Augustini de consensu Evangelistarum; scriptus fuisse videtur Seculo XV. — Codex hic habet folia 110. caractere gothico scripta; latos habet margines, nullam paginarum inscriptionem nullumque numerum foliorum, columnas 2, initialibus majoribus et minoribus elegantier pictis auroque splendente ornatis. — Fol. 1. a. col. 1. caractere rubro scriptum legitur: „In opere hoc continentur quatuor libri beati Augustini de consensu Evangelistarum. „Incipit liber primus. (in fine). Finitur opus hac clausula: „Explicit liber quartus.“ — Fol.
- II. Codex MSC. membranaceus. Biblia latina elegantissima optimeque conservata fol. habet 471. summa diligentia scripta. Folium quodlibet constat columnis duabus, columna quaelibet lineis 45. librorum ac capitum tituli caractere rubro sunt scripti cum initialibus coloratis majoribus elegantier pictis, marginibus haud latis, infernis perlatis, sine paginarum inscriptione ac numeris foliorum. Secul. XIII. — Incipit opus cum libro geneleos fol. 1. col. 1. ubi caractere rubro legitur: „Incipit liber gen.“ finitum cum actis Apost. fol. 471. b. c. 1. ubi additum est. Actum MCHXXIX. (1229.) Ultima folia humore macul, quorum etiam nonnulla paululum sunt arrosa. — 4.
- III. Codex MSC. germanicus membranaceus foliorum 22. continens: Der Schwester Constitutiones predig. Ordens. Occurrit primo: „Sie vabent an ter Schwester Constitutiones predig. ordens.“ Opus hoc divisum in 51. cap. finitur fol. 15. b. circa med. ubi adjungitur: „Sie hebt sich an die regel sant Augustins wie man leben sol in dem orden.“ In fine libri hoc legitur: „Dis büchlin sol nyeman gelischen werten zu sehenne oder zu schreibenne, one tes maisters oder tes princials vros by ter buß und ven die ob geschriben stett von ter offenbarer der haimsticht des ortens.“ — Codex hic bene est conservatus; latos habet margines, unicam columnam cum initialibus minoribus rubris pictis, absque paginarum inscriptione ac foliorum numeris, sine anno et nomine Auctoris; caractere gothico majori scriptus est; clausuras habet duas. — Fol.

- IV. Codex MSC. membranaceus foliis constat 321. character gothico majore scriptis; continet „*Breviarium de Sanctis per Annum*.“ Cod. h. bene conservatus est, nec male scriptus, nisi quod crebrae abbrevationes occurrunt, quae lectorem morantur. Tituli character rubro cum initialibus maj. rubris ac caeruleis sunt scripti, colum. unic. absq. paginarum inscriptione ac fol. numeris, sine anno et nomine scriptoris. — Praecedit Index de festis sanctorum sing. mensibus; post hunc orditur opus ac terminatur fol. 312. Tunc sequuntur preces quaedam, singulae fere manu alia scriptae, quae finiuntur fol. 321. b. absque clausula s. notitia aliqua. — 12. —
- V. Codex MSC. membranaceus, continens *Psalterium*, constat fol. 114. pulcherrime et accuratissime scriptis colum. unic. marginib. modicis character gothico, cum initialibus majoribus rubris pictis, nonnullis permagnis variis figuris ornatis. Sine anno et nomine scriptoris. Praecedit absque ullo praevio titulo Index de festis Sanctorum sing. mensib. In fine s. fol. 114. b. lin. 16. legitur: „Haec est fides catholica quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit salvus esse non poterit.“ Inceptae sunt pag. ead. litaniae de Sanctis, nec vero finite, deficientibus aliquot foliis. — 4. —
- VI. Codex MSC. germanicus membranaceus *Johannis Wolffhart*, Sec. XV. Continens Calendarium agentem de memoria defunctorum quorundam singulis mensibus celebranda, constat foliis 42. paginis nonnullis vacuis, margines habet latos, colum. unic. nullam pag. inscriptionem nullumque foliorum numerum. Literae Indicis menstrui sunt rubrae majores. Fol. 1. a. legitur: „*Ihesus Maria hilff.*“ Inferius scriptum est: „*Was man zaelt Nach der Geburt unsers Lieben Herren und Seligmacher Ihesu Christi 1480. Ist diß Buch geschriben worden.*“ Tunc vero. 1586. litteris graecis legitur: „*Ματθαῖος πρὸς δὲ ὑπερ εὐτ ἀπὸκ S. Steffanns φλογερ γεωεσεν. δερ λιβε Γωτ νερλευχ αλλεν Χρυστγλαυβεν Αβγεστορβενεν Σελεν διε ωργε Ρνε υνδ σελικαιτ.*“
- In fine libri in tegumento legitur: „Explicit Calendarium anno domini MCCCCLXXX secundo (1482) per me Johannem Wolffhart de Rain tunc temporis Capella. nus in Mindelheim — orate pro me misero peccatore.“ Tunc: „Dieser Wolffhart ist zu kamlach auf der sriemes todt, ist Caplan gewesen.“ — Fol.
- VII. Codex MSC. germanicus membranaceus, continens „das Ordinarium von dem göttlichen ampte“ consta-

- foliis 75. diligenter scriptis; latis marginibus, colum. 2. initialibus majoribus rubris, sine paginarum inscriptione ac foliorum numeris, absque anno et nomine scriptoris. Tituli character rubro sunt scripti. Sine anno et nomine scriptoris. Fol. 1. legitur, absq. alio praevio titulo: „*Hie vahet an das ordinarium von dem göttlichen amte wie man siken sol ob wenne.*“ In fine fol. 75. b. c. 1. haec est notitia: „*Alle die diß ordinarium sehent lessent oder bruchen die sun wilken das psaffe albrecht der sucher kaplan ic.*“ — Fol.
- VIII. Codex MSC. membranaceus pulcherrimus optimeque conservatus, continens Heimonis explanationem super epistolas „Pauli Apostoli“ constat fol. 192. diligentissime scriptis character gothico majore, facili lectu, nisi quod abbrevationibus abundat; margines habet latos, colum. 2. lineas 45. sine paginarum inscriptione ac numeris foliorum. Praecedunt singulis epistolis praefationes permagnis initialibus rubris pictis, Sec. XV. — Fol. 1. incipit opus cum praefatione ac terminatur fol. 192. hac notitia: „Explicit explanatio sive expositio Heimonis super epistolas Pauli apostoli conscripta anno domini MCCCCLXIV.“ (1464.) — Fol.
- IX. Codex MSC. membran. Constat h. codex foliis 114. pulcherrime scriptis; haud difficilis est lectu, nisi quod permultas habet abbrevationes; modicos habet margines colum. 2. lin. 29 nullam inscriptionem pag. ac numerum foliorum. Sec. XVI. scriptus est a „Barbara von boswell ain Klosterfrau diß ordens.“ Initiales majores rubrae partim, partim caeruleae; tituli character rubro sunt scripti. — Complectitur „*Psalterium*“ cui praeced. index de festis Sanctorum mensibus singulis. — Notandum, quod aliquot folia deficiunt inter folium ultimum sive 114. ac penultimum, item postultimum. In folio ultimo a col. 2. character rubro legitur scriptum: „*Diß Buch ist us geschriben durch die Hilff gotz und der heyllichen Engel gotz, am santag Nach sant anna tag In dem Jar als man zalt. aj fünf Hundert und III Jar. Von Hergen begert die schreibertn diß buch daß got werd für sie gebeten daß ir nam ingeschriben werd in das lebend buch.*“ Sit tibi laus Christe. Orate pro me perscriptrice deum. Tum character nigro: „*Die das buch geschriben hatt der gott genebig sey ist verschwunden von dieser zlett den 5ten merzen im 1557 Jar — Barbara von boswell ain Klosterfrau diß ordens.*“
- X. Cod. MSC. membran. Constat foliis 75. pulcherrime scriptis; non bene quidem est codex h. conservatus, folia quaedam etiam deficiunt; nulla pag. inscriptio

ac numerus foliorum. Initiales majores rubrae atque caeruleae, nonnullae permagnae figuris quorundam Sanctorum sunt ornatae. Sine anno et nomine scriptoris. Folium primum excisum, sine ullo praevio titulo atque operis initio; in marginibus adnotationes alia manu scriptae, columna est unica, abbreviationibus abundat. Ceterum continet h. codex „Psalterium.“ — 4. —

- XI. Codex MSC. membranaceus germanicus. Continet „praecepta quaedam de cibis dotibus etc. singulis „mensibus sumendis, cum descriptione 12. signorum „caelestium ad corpus humanum.“ Constat foliis 44. cum tab. 2. colum. unic. cum initialibus majoribus rubris, absque paginarum inscriptione ac fol. numeris, sine nomine scriptoris. Sec. XIV. — 12.
- XII. Cod. MSC. membran. germanicus parvulus; „Beths „buechlein Davinnen Allerley schöne Tröstlich Gebet und „und Psalmen begriffen und einem Christen sehr nützlich „zu gebrauchen.“ Jeremias Wilhelm August. propria manu scripsit. 1599. Foliis constat 146. diligenter scriptis caractere nigro, lineis duplicatis rubricinetis, colum. unic. sine paginarum inscriptione ac fol. numeris. Folio titul. pag. vers. effigies nicta cernitur infantis nudi sedentis; dextra manu tenens concham (ut videtur,) colore impletam, nititur calva. — In fine fol. 139. annus notatus est: MDCLX. „A R.“ Fol. seq. cernitur effigies picta Abrahami filium suum sacrificaturi. Sequuntur folia, picturis ornanda. — 12. —
- XIII. Cod. MSC. membran. germanicus Continet „Calendarium de memoria Defunctorum quorundam agenda „mensibus singulis in Mindelheim“ Constat foliis 38. zifferis rubris inscriptis atque numeratis; colum. unic. sine anno et nomine scriptoris. (circa 1490.) Fol.
- XIV. Folia duo manuscripta membranacea german. continentia „Etiftungskbriese.“ Sunt haec folia 16 et 17. ex opere aliquo excisa. In margine superno legitur: „Wapweyler Gartag.“ Columna est una, cum fol. numero sine pag. inscriptione. Non bene conserv. scriptura fol. 17. est alia, quae fol. 16. Sine anno et nomine scriptoris. Fol.
- XV. Cod. MSC. membran. Fragmentum ex Breviario quodam; deficit initium, continens fol. 27. pulcherrime scripta. colum. duabus; initialibus majoribus rubris et, caeruleis eleganter pictis, sine pag. inscriptione ac fol. num. tituli sunt rubri. Sine anno et nom. script. Orditur fragmentum caractere rubro sic: „De sancta barbare.“ In fine legitur nulla notitia. — 4.
- XVI. MSC. membranaceum germanicum Andreae Raumborger fol. 19. pulcherrime ornatissimeque script; litteris initialibus magnis auro decoratis, continet praecepta quaedam de arte pulchre scribendi. Anno 1611. Quer. 8. Praecedit hic titulus: *Ein Kurzer und „gründlicher vnderricht, künstlich und Zierlich schreibens, Daraus dann ein Jeder Junger denn rechten „grund“ u. s. w.* Columna est una, sine pagin. inscriptione ac numeris foliorum.
- XVII. MSC. membr. germanicum foliis constat 166. Orationes contin. Fol. 1 cernitur effigies ss. trinitatis; fol. 10. ss. regum Casp. Melch. et Balth.; fol. 16. s. Thomae; fol. 27. s. Hieronimi ante Christum crucifixum genua flectentis; fol. 64. s. Mariae; fol. 73. s. Annae. Quae effigies pictae partimque auro fundatae et pulchris panergis circumpositae sunt. — Cod. charact. goth., indicatione anni et scriptoris carens, sine sec. XVI. scriptus videtur. — 12. —
- XVIII. Codex MSC. membran. foliis 62 constans. Folio 1. inscript: „Dieses Buch sagt eigentlich von den Jahr „Tagen, So man for diesem gehalten.“ Char. goth. partim rubr. Column. 1. margine lata praesertim inferno. Fol. 20 recipit: „Man sol wissen do man „zählt 1428 jar, das die erber schweyter agnes“ etc. etc. Folium 23 sequuntur alia scripta, praeced. attentionia c. char. reunt. Fol. 30. Calendarium sanctorum. Char. goth. col. 2. Scriptus videtur primo dimidi. seculi XV. Fol.
- XIX. Cod. MSC. membran. Liber Chorale foliis 13. constans. Char. lat. Tam textus tam notae diligenter scripti. In margine est valde contaminatus; initio seculi XVI. scriptus videtur. In ultimo Folio. Cantate bene et cum gaudio spiritus Deo Domino Dominantium. Fol.
- XX. Cod. MSC. membran. Antiphonarium fol. 56. constans. Iste elegantissime optimeque conservatus haud minore studio scriptus. Folium 1, quod simulque initium facit, titulo deficiente, habet initialem minorem partim aureum dominicam in palmis significans in ejusd. folii inferno mater dei a duabus monasticis circumdata est depincta. Finis: *Laus deo 1523.* Char. goth. sine num. et sign. — 4. —
- XXI. MSC. membran. Fol. 180. Contin. Psalmos diversos cum nonnullis notis musicis. Incipit sine titulo. Habet 9. initial, depict. ceterae sunt caeruleae vel rubrae. Char. goth. sine margin. numer. fol. et sign. (Ca. 1500.) — 12.

Codd. MSC. chartacei.

- 1) *MSC. Chartae*. (Anonym.) Collectura quaedam quaestionum theologico polemicarum, s. a. et nomine. Constat foliis 219. scriptis; nec non 6 aliis praeviis pariter mscis, indicem complect. *Charta* est candida, minus polita, margine nunc justo, nunc etiam lato praedita, capite boviin cum cruce, serpente et stella. Qua in charta ratione primi libri per Faustum impressi aperiantur. *Character* est minus venustus, minusculus, fere semper idem, unicae columnae. cum titulis majusculo characterē scriptis: sine paginarum inscriptione ac foliorum numeris. Ob initiales nil singulare observatur. Praecedit *index in consequentem collecturam*, absque titulo legitur: „De „Votis Materia etc. finitur materia de *Sacrificio Mis-* „sae.“ Post folia 4. vacua folio 75. a. charactero rubro: „Nunc sequitur sermo pulcherrimus de festo „Sancti Georgii (sic) Militis et Martyris.“ Fol. 129. continuantur Materiae polemicae. Post fol. 171. sequuntur 6 folia vacantia; dein continuatur opus usque ad fol. 185. a. inclusive. Post folia 2. vacua folio 186. et sqq. agitur de Religione, Ecclesia etc. Fol. 219. a. terminatur tota haec Collectura sine ulla anni, auctoris et scriptoris notitia. 4. — 513b.
- 2) *MSC. Chartae*, Hamil. miscell. Sec. XV. Sermones varii collecti. S. a. et nomine scrib. Constat volumen hoc foliis 299. calamo diverso scriptis. *Charta* est alba, firma, justo margine. *Character* est antiquus saeculi XV. fors finientis varius unice *columnae*, absque foliorum numeris ac paginarum inscriptionibus. Praecedit folium, continens rem nullius aut parvi momenti. Fol. 1. a. orditur I. sub Themate: „Videns Jesus „turbas ascendit in montem, et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli etc.“ Fol. 55. a. Thema: „Maria optimam partem elegit“ etc. Fol. 66. a. in illud: „Absit ista rem facere ut inferamus crimen „gloriae nostrae.“ I. Macchab. Fol. 76. a. *Character* rubro: „Sermo — m̄gri *Johannis Sachs* de Nie- „renberga sacre pagine eximii professoris.“ Hunc sequuntur alii. Fol. 216. a. „Sermo de Iudo aloeae „et taxillorum.“ Fol. 224. a. „Sermo de Iudo co- „reae et instrumentorum musicalium.“ Fol. 277. a. „Explicit tractatus de misterio septem artium libera- „lium.“ Fol. 299. b. terminatur hoc volumen absque ulla notitia anni etc. — 4. — 513b.

- 3) *MSC. Chartae*, a) *Miscell. Theol. Johannis Nider*, Theol. Prof. Formicarius. S. a. etc. noie Scriptoris. (circa 1490 — 1500.) Manuscriptum hoc est copia Aug. Vind. p. Ant. Sorg, circa 1473 — 77. impressae, adeoque impress. posterius; ejusdem tamen, quantum ex characterē conjicere licet, seculi, Scriptorem ad impressum illud describendum aut Exemplarium impressorum raritas compulerit, aut inopia. Constat foliis 177. scriptis. *Charta* est candida, neq. nil polita, justo margine, figura coronae insignita. *Character* est minor non inelegans, unius *columnae*: cum inscriptione paginarum, ac Initialibus majoribus eleganter pictis: sine foliorum *Numeris*, Fol. 1. a. absque alio Titulo sic orditur opus: „Incipit prologus „formicarii juxta edicionem fratris *Johannis Nider* „sacrae Theologiae professoris eximii, qui vitam tempore concilii Constanciensis Basiliensisque duxit in „humanis feliciter.“ Fol. 177. a. finitur Liber V. — Pagina versa legitur *Subscriptio* characterē majusculo haec: „Explicit quintus ac totus formicarii liber (juxta „ommissum est) edicionem Fratris *Johannis Nider* „sacrae Theol. professoris eximii, qui vitam tempore „Concilii duxit feliciter. Impressum Augustae per „Antonium Sorg (Sorg).“ Exemplar a Sorgio impressum, ex quo hocce desumptum est, a me suo loco descriptum reperies inter Incunabula typographica. — —
- b) *MSC. Ch. Ascet. I.* (S. Bonaventurae) *Diaeta Salutis*. S. a. nomine. Scriptoris. D. Bonaventurae *diaeta Salutis* Typis Koelhofianis impressa primum prodiit Coloniae 1474. Quo exemplari impresso utrum hoc Manuscriptum prius aut posterius sit, dubito. Calami character idem quidem seculum, sed fors annum eundem haud prodit. Constat autem foliis 41. *Characterē* admodum minuto, antiquo tamen, scriptis, *Charta* est candida, laevigata, lato parumper margine signo turris in crucem acuminatae praedita. *Columna* est unica: Inscriptiones paginarum, ac foliorum *numeri* nulli. *Initiales* plerumque sunt omissae, nonnunquam eleganter calamo pictae, Fol. 1. a. aliena posteriorque manus inscripsit Titulum: „*Diaeta Salutis*.“ Opus ipsum vero absque Titulo praevio inchoatur. Fol. 3. a. an temedium characterē rubro: „tertium capitulum „de superbia“ sequitur Cap. IV. de Invidia. Et sic porro. Fol. 40. a. terminatur opus absque notitia. Paginam versam, et initium folii 41. seu ultimi occupant subscriptione Eplis S. Pauli desumptae, pariter absque subscriptione aliqua. — — c) *MSC. Ch.* circa finem Sec. XV.) *Res bibl. Passio D. N. J. Ch.* secundum IV. Evangelistas. S. A. etc. nomine Scripto-

ris. Constat foliis 12. eumdimidio. Charta est alba, haud lato margine. Character est inelegans, minutus, difficilis lectu, unica columnae sine paginarum inscriptione ac foliorum numero, circa fin. seculi XV. formator. Praecedit eodem charactero fragmentum quoddam Tractatus ejusdam ascetici 4. foliorum ac dimidii in ejus folii ultimi pagina versa inchoatur haec Passio. Fol. 1. b. legitur titulus: „Sequitur Passio domini nostri Jesu Christi secundum quatuor Evangelistas.“ Haec mox orditur his verbis: „Proprio filio suo non pepercit Deus, sed etc.“ Fol. 13. b. terminatur haec Opella absque ulla notitia d) Sequitur 1.) Oratio atque Tractatus inscriptus: *Ordo S.S. Spiritus*, sub Themate aut Textu: „Vidi nubem candidam“ quae folio 3. a. finitur hac subscriptione: „Manusculum hoc exile — animo *Kiliane* accipe hilari: graviora si anhelas pulsa et habebis *anthonium* mitissimum: et, fac dulcissime me *Kiliane* — Vale et me ama, ut ameris“ — Charta est alba, capite magno bubulo insignita lato nonnul margine. Character minutus, unic. columnae, sine paginarum numeris ac inscriptione, sine Seculi XV script. videtur. 2) Post folia aliquot vacua subjunguntur Fragmenta, quae nescio, parvi aut nullius momenti scripta. 4. — Schwelb.

- 4) *MSC. Chartae, Homil. I et II.* a) Suppellex quaedam concionatoria, ordine alphabetico disposita. b) Exegeses seu Homiliae nullae. Authoribus anonymis, sine nomine Librariorum, 1527. Constant universim foliis 72. scriptis. Charta est varia, plerumque tamen albicans, firma, nunc lato, nunc tenui margine, Capite bubulo, aut, ut, initio, Racemo signata. Character est varius, initio minusculus, tum minor: unic. column. sine foliorum numeris, et paginarum inscriptione. Ob *Initiales* nil singulare occurrit. Fol. 1. a. Opus orditur a *Charitate*. Fol. 69. a. in fine Homiliae in illud: „Cum descendisset Jesus de monte, ecce Leprosi veniens adorabat eum“ etc. legitur Notitia anni sic: „Laus Deo.“ F. M. 1527. R. M. Fol. 72. a. terminatur Homilia postrema sine ulla notitia. 4. — 514b.

- 5) *MSC. Chartae, (Anonym.) Ascet. I. Liber Sententiarum v. Scintillarum* de diversis Voluminibus. S. A. (1463 et 64.) Liber hic, in curia Bibliothecae medius insertus est inter *Discipuli* Sermones dominicales. Constat universim foliis 31. Calamo eodem, nempe aut *Jacobi Gresslin*, aut *Stephani Anhoffer*, eodem circiter anno 1463. et 1464. scriptis. Charta

et reliqua forma exterior est eadem, quae in fascic. a.) Tituli ac SS. Patrum nomina colore rubro sunt scripta. Fol. 1. a. vacat. b. vero habetur Elenchus Materiarum. Fol. 2. Col. 1. legitur Titulus ruber: „Incipit liber Sententiarum de diversis voluminibus in primis de caritate.“ Fol. 31. col. 1. post Medium: „et sic est finis. Explicit liber Scintillarum“ (puto pro *Sententiarum*) Utrum opella haec alicubi typis fuerit impressa, an vero adhuc sit inedita, ignoro. — c) *MSC. Chartae, (Anonym.) Histor. Sermones Pentecostes* (circiter 1450) foliis 52. 2. column. a) *Homil. Discipuli* (Jo. Herolt.) Sermones in Epistolas dominicales. Scripta 1463 — 64. Constat universim foliis 115 manuscriptis. Charta est praestans, candida, membranae haud multum absimilis, firma non nil polita, justo admodum margine. Character est difficilis lectu, nec multum elegans, quandoque absque omni Initiali, saepius cum Initialibus majoribus Calamo pictis: in 2. columnis, Numerus Sermonis cujuslibet in margine supero adnotatur, Cifris arabicis. Foliorum Numeri et Inscriptiones paginarum exulant. *MSC.* hoc antiquius est quocunque Operis hujus impresso. F. 1. a. vacat, fol. b. incipit Index, fol. 7. col. 1. finitur. Sequuntur 3 folia penitus vacua. Fol. 8. Col. 1. legitur Titulus: „Discipulus super epistolas.“ Mox incipit „Sermo I his verbis: Hora est, nos jam de somno surgere.“ Fol. 62. Col. 4. ante Medium terminatur pars quasi prior hujus Operis hac Clausula: „Anno Domini 1464 in vigilia beati Antonii per me *Jo. Gresslin*.“ Partem hanc itaque priorem supra memoratus *Jac. Gresslin* sua descripsit manu. Post 5. folia vacua et alia 31. folia Librum quemdam *Sententiarum* in septem quem Bibliotheca errore intersevit, complexa, sequitur pars quasi altera *Sermonum Discipuli*. Nempe fol. 63. col. 1. Sermo 29. sic incipit: „Cum completeretur dies penthecostes erant omnes discipuli etc. F. 115. Col. 1. circa Medium terminatur Sermo postremus sic: est finis per me „*Stephanus Anhoffer* Anno domini 1463 feria 6ta post meridiem — scriptus ante festum natalis etc. „deo gratias discipulus super epistolas.“ Igitur pars ista seu aestivalis integro anno prius videtur esse scripta, quam, quae praemittitur, hyemalis. — d) *MSC. Chartae, Histor. natur. v. Ascet.* (Circiter annum 1446) fol. 402. Constat opuscul. hoc, ineditum. Charta praestat candore, firmitate non nil polita, margine justo praedita, ac figuris parvis seu conis

acuminatis insignita. *Character* aetatem circiter ann. 1464. (talibus enim adpactus est Opellis tribus) prodit, estque in 2- columnis, cum Initialibus majoribus pictis, absque paginarum *inscriptione* et foliorum *Numeris*. Tractat de natura animalium quorundam, nempe: „Leonis, Aquilae, Serpentis, Formicae, Vulpis, Cervi, Aranei, Elephantis, Ceti, Sirenum, Onocentauri, Turturis et Pantheris. Horum nomina in Margine colore rubro exprimuntur.“ F. 1. Col. 1. absque titulo libri ullo incipit Opella his verbis: „Circa initium hujus libri physici“ etc. — Fol. VI. MSC. Chartae. (Anonym.) a) *Patristica*. Flores ex moralibus aliisque libris S. Gregorii M. excerpt. S. A. (Sec. XV.) Constat universim foliis 183. Anonymi manu scriptis, *charta* est alba, firma, praestans, modice polita, membranace similis, lato margine pro Chartarii signo referens Acumen turris, in cujus summitate crux visitur. *Character* gothicus minor Seculi XV. medio prodit. Columnae sunt 2, tituli capitum sunt rubri, Initiales sunt rubrae majores: *inscriptiones* paginarum *numerique* foliorum nulli. Opus in Libros V. dividitur. F. 1. a. vacat. Paginam versam occupat Nota seu Monitum Scriptoris anonymi, in quo quid et qua re aliqua mutarit, transposuerit ac excerptorem ubique secutus fuerit, exponit, idque consulto ac cum emolumento claritatis factum esse ait. Fol. 2. Col. 1. *character* rubro: „Incipit prologus in flores moralium beati Gregorii Papae ex diversis libris ipsius excerptos, videlicet ex scriptis super Job Ezechielem ac etiam ex dialogo etc.“ Prologus hic, haut dubie Monachi cujusdam, utpote suasu etiam Prioris sui hoc opus se collegisse asserentis, orditur his Verbis: „(D) omnia venerabili et vere digno Abbati Eberhardo. Frater ille pauper et modicus.“ Col. 4. *Explicit prologus*. Fol. 3. col. 1. „Incipit liber primus de dignitate sanctorum scripturarum. Cap. 1.“ Fol. 3. col. 1. „Incipit Liber secundus de templatione. Cap. prim.“ Fol. 74. Col. 1. „Incipit liber tertius de activa et contemplativa vita et de distantia vel dignitate utriusque.“ Fol. 103. Col. 2. „Incipit liber quartus de spe et labore Sanctorum.“ Fol. 136. Col. 1. Incipit liber quintus de fide, spe et caritate. Fol. 181. „Explicit liber quintus et per consequens totum.“ Sequitur Registrum, quod fol. 183. col. 2. terminatur, pagina versa vacante. — b) MSC. Chartae. (S. A. Sec. XV.) Anonym.) Dogmat. De Sacramento *Poenitentiae et Eucha-*

ristiae. Sine nomine Scriptoris. Constat universim 9. foliis, calamo, qui Medium Secul. XV. prodit, eodemque, quo fascis a) enarratur, Anonymi Scriptis. *Charta*, *character* et reliqua forma exterior eadem est, quae fascis a) Fol. 1. Col. 1. *Character* rubro, sino alio titulo praevio, legitur: „De Sacramento poenitentiae.“ In margine notatur Synopsis paragrammatica quaestionis. Fol. 6. Col. 3. *Character* rubro: „De Sacramento Eucharisticae.“ Opella haec absque Notitia aut Clausula terminatur fol. 9. col. 2. post medium. — c) MSC. Chartae. (Anonym.) S. A. (Sec. XV. absque nomine Scriptoris. *Dogmatica*. Tractatus de *Eucharistiae* sacramento. *Charta*, *character* et reliqua forma est prorsus eadem, quae fascis a) et b.) Constat foliis 9. eodem, quo hi duo fascis, calamo scriptis. Fol. 1. col. 1. absque ullo titulo tractatus immediate auspicatur sic: „Circa Sacramentum eucharistiae quaedam quae simplicibus etc.“ Fol. 9. col. 2. ante medium finitur haec copella absque Clausula aut notitia. — d) MSC. Chartae. (Anonym.) *Ascet. III. Considerationes* de Eucharistiae Sacramento. S. A. et nom. Scriptoris circa initia Sec. XV. Constant haec duae considerationes universim foliis 15, *character* eleganti, Sec. XV. initium olente, scriptae. *Charta* praestat albedine, firmitate, politura, latoque margine, membranace parum absimilis, signoque drutinae seu Bilancis, circulo inclusae, praedita. *Character* est 2. *columnarum*, absque paginarum *inscriptione*, foliorumque *numeris*, cum initialibus majoribus rubro colore pictis. Titulus considerationum seu tractatum nulli reperitur ullus. Fol. 1. col. 1. orditur consideratio I immediate his verbis: „Memoriam fecit mirabilem suorum misericors et miserator Dominus, etc.“ Fol. 10. Col. 4. circa medium finitur haec prior ampliorque consideratio. Fol. 11. Col. 1. auspicatur, denuo absque titulo, consideratio altera de Eucharistia his verbis: „Sacramentum regis abscondere — opera aut dei revelare honorificum est.“ Fol. 15. col. 4. ante medium terminatur et haec consideratio absque ulla notitia. — e) MSC. Chartae. *Ascet. I. et II.* (Anonym.) Carthusiani cujusdam *Viridarium Clericorum*. S. A. et nom. Scriptoris (circa initium Sec. XV. Constat foliis fere 21. *character* eodem, quo fascis d) enarratus est, scriptis. *Charta* et reliqua forma exterior pariter eadem est, quae ibi. Fol. 1. col. 1. sine aliquo praevio titulo praefatur author sic: „Honorabili ac discreto viro, multa bonitate pollenti Dmo. Henrico Olemai cano-

„nico narthusiensis Jocodé d'Hambert monachus inu-
 „tillis ordinis carthusiensis prope Pragam cum since-
 „ris orationibus caritate indefessam etc.“ Mox, post-
 „quam se precibus ad compilandum hoc opus adactum
 scribit auctor a mortis memoria, aliisque doctrinis
 salubribus orditur hoc Viridarium, quod fol. 21. col.
 3. sic terminatur: „Et sic est finis hujus tractatus, qui
 „dicitur viridarium clericorum.“ — — f) MSC. Ch.
Homil. III. et Ascet. I. (Anonym.) Sermo seu tractatus
 in Salutationem angelicam *Ave Maria*. S. A. et nom.
 Auctoris et Scriptoris. (Circa initia Sec. XV.) F. just.
Charta, character et reliqua forma exterior est eadem,
 (quae fascis d) et e.) Fol. 21. prioris fascis e) col. 4.
 absque ullo praevio titulo tractatus hic auspicatur
 sic: „Quoniam ut ait Jeronymus nulli „dubium est,
 „quod totum ad gloriam laudis pertineat „dei quidquid
 „digne genitrici suae impensum fuerit „ideo ad laudem
 „matris salutationem duxi etc.“ Fol. 63. col. 4. lin. 6.
 terminatur absque noticia tractatus iste hac Clausula:
 Deo gratias. — — g) MSC. Ch. *Homil. III. et Ascet. I.*
 (Anonym.) Tractatus seu sermo de Suffragiis pro
 Animabus Defunctorum. S. A. et nom. Auctoris et
 Scriptoris (circa initia Sec. XV.) Tractatus hic constat
 foliis 6. eadem Anonymi manu, insimillima chartae etc.
 ut fascis e) f) et g) scriptis. Fol. 1. col. 1. absque
 ullo praevio titulo orditur his verbis: „Miseremini
 „mei etc.“ Notandum quod licet etc. „Terminatur
 „vero fol. 6. col. 4. absque ulla „clausula.“ — — h)
 MSC. Chartae. *Miscella Theolog.* Tractatus 1.) de
 Praedestinatione: 2) de Pollutione ante celebrationem
 Missae: 3.) de Communionem sub utraq. specie etc.
 S. A. et nom. tam Auctoris quam Scriptoris. (Circa
 initium Sec. XV.) Constant haec opuscula simul foliis
 24. scriptis. *Charta, character* et reliqua forma
 externa ubique se habet ut fascis e.) f.) g.) praeced.
 1.) fol. 1. col. 1. auspicatur tractatus I. absq. ullo
 titulo sic: „In Evangelio hodierno, quod scribitur
 „etc.“ Fol. 8. col. 2. explicit hic tractatus absque
 noticia aut clausula. 2.) Fol. eodem 8. col. 3.
 orditur Tractatus alter his verbis: „Dubitatum est
 „apud me frequenter et diu. praesertim post susceptum
 „sacerdotium, si quis nocturno „tempore pollutus a
 „celebrando missam cessare debet etc.“ Fol. 15. col. 3.
 lin. 6. finitur hic tractatus absque clausula vel
 noticia. 3.) Fol. eodem 15. col. ead. incipit
 Tractatus III. absque praevio titulo sic: „Ab-
 „laturus juxta seniorum hujus sacri concilii constantia
 „monitionem generalem nonnullaque concernunt expug-
 „nationem (sic) haeresum et hereticorum nostri tem-

„poris nominatim secte noviter exorte et protinus ju-
 „dicialiter damnate de necessitate communicandi lay-
 „cos sub utraque specie, panis scilicet et vini etc.“ Ter-
 „minatur hic tractatus absque noticia vel clausula fol.
 20. col. 1. lin. 11. Fol. et col. iisdem mox inchoatur
 Instructio Clericorum pastoralis quaedam circa horum
 officia, quae absque praevio titulo sic auspicatur:
 „Ad laudem Dei et aedificationem populi christiani
 „compilati est brevis et rudis instructio tempore, quo
 „celebratur provincialis concilium anno 1408. Ultima
 „Aprilis collecta ex sermone illic habito, quam ex
 „cedulis et dictis variis plurimorum etc.“ Terminatur
 autem absque ulla noticia fol. 24. seu Ultima. col.
 2. post medium. — Fol. Schwb.

VII. MSC. Chartae. a) *Scripta Eccles. Honorii, Augustodunensis Presbyteri, Expositio in cantica canticorum.*
 Scripta manu Petri Forster de Biberpach. 1475. Constat foliis 120. scriptis. *Charta* est candida, firma,
 justo margine, capite bubulo cum Pertica et Rosa prominente insignita. *Character* est gothicus, minusculus, in
 textu canticorum majusculus: unica colum: cum *Initialibus* eleganter calamo pictis, et inscriptione paginarum,
 capitis cujusque numerum caractere rubro designante: sine numeris foliorum. Fol. 1. a. sine
 praevio titulo immediate incipit auctoris prologus cum initiali magna picta, quo finito folio 10. a. orditur
 Cap. I. „Osculetur me osculo oris etc.“ Fol. 119. b. terminatur opus vobcl. „Amen.“ Fol. 120. a. leguntur
 sex quasi versus leonini, quibus subjicitur haec noticia: „Expositio egregia et devota super canticorum
 „cantica Salamonis (sic) Wilhelmi Orosii Abbat. Sancti Theodorici in francia in felici Erfffor-
 „denti Studio per manus Petri Forster de Biberpach; „Sedecima die mensis Junii feliciter explicit, anno
 1473.“ Annus igitur hic est quo Petrus Forster expositionis hujus descriptionem sua manu absolvit. Ast
 insigniter fallitur hic Scriptor, dum Authorem hujus operis *Wilhelmum Orosium* constituit. Nam opus hoc
 Honorii, Augustodunensis Presbyteri, partum esse, nemo est, qui inficietur. Vid. Panzer. *Annal. typ. Vol. V. p. 251.*
 ubi opus hoc S. L. et A. impressum referens, Honorio huic tribuit. Hinc recte in calce
 expositionis hujus sequentem adjecit notam p. m. P. Bada Caché A. 1730. Bibliothecae huius Praefectus: „Ha-
 „betur, scribit ille, haec expositio „Tm. XX. Bibl. „P. P. sub noime, Honorii Augustodunens. Presbtr.
 „Eum P. Bern. Pez, T. II. Anecd. Monachum Bene- „dictinum fuisse probat, qualem etiam ipse Honorius
 „se fuisse clare indicat in Cod. MSC. Bibl. qui „spe-

culum Ecclesias nominatur. In conventu fratrum, „qui est circa finem codicis adeoque multum hallucinatus est iste bonus Petrus Forster, dum eum Orosio „abbati attribuit. — b) MSC. Chartae. (Anony.) Homil. II. Homilia quaedam de Vigilia immaculatae conceptionis B. V. M. 1474. Scripta calamo ejusd. Petr. Forster ut fasc. a.) Constat foliis 29 scriptis. Charta et character, atque forma est eadem quae fasce a.) nisi quod nulla compareat paginarum inscriptio. Fol. 1. a. absque ullo praevio titulo tractatus hic incipit his verbis: „Quid est quod Salomon dicit: „frustra jactur rethe (sic) ante occulos pennatorum. Fol. 24. a. Finit materia praesens de vigilia intemperatae et gloriosissimae virginis Mariae videlicet conceptionis anno dñi. 1474.“ Eadem adhuc pagina littera magna initiali picta initium sumit opella quaedam de sapientia, his, absque titulo, orsa verbis: „Arbor sapientiae est lignum vitae etc.“ Haec fol. 29. b. terminatur cum hac clausula: „finit materia praesens in Hesolung quarto decembris anno dñi. 1473.“ — c.) MSC. Chartae. Hermeneut. (Anonym.) De modis intelligendi et exponendi S. Scripturam. 1473. calamo Petri Forster ut fasc. a.) Opella haec foliis 4. scriptis absolvitur. Charta, character et reliqua forma exter. eadem est. quae fasce b.) Fol. 1. a. vacat. b. vero, sine praevio titulo, immediate auspicatur opusculum his verbis: „De modis intelligendi et exponendi sacram scripturam „loquuti: primo generales propositiones, deinde speciales exponemus etc.“ Fol. 4. b. Finit materia praesens in Hesching tertio Idus decembris, anno domini 1473. Sequuntur Folia 15. vacua, dein fascis alius, seu. — d.) MSC. Chartae. Hermeneutik. Henrici de Vrimarya, expositio orationis dominae. ac salutationis angelicae. 1472. calamo Pet. Forster, ut fasc. a.) Constat universim foliis 21. scriptis. Charta est alba, firma, polita, justo margine, calumine turris cum Stylo ac cruce prominentè insignita. Character et reliqua forma exterior eadem est, quae fasce praecedenti, nisi quod hic reperitur inscriptio paginarum rubra. Fol. 1. a. Character rubro exprimitur titulus hic: „Expositio orationis dominicae Henrici de Vrimarya.“ Mox littera magna initiali picta auspicatur Prologus, quem eadem adhuc pagina excipit expositio ipsa, quae fol. 12. b. terminatur cum hac notitia: „finit expositio orationis dominicae altera Hyliani confessoris concepta per Magistrum Henricum de Vrimarya sacrae professorem theologiae anno 1472. Dein Fol. 13. a. Character

minusculo rubro: „Expositio super Salutatione Angelicae magistri Henrici de Vrimarya.“ Mox orditur Praefatio cum littera initiali magna picta, quam immediate sequitur ipsa expositio, quae fol. 21. a. terminatur hac clausula: „Finit expositio super salutatione angelica magistri Henrici de Vrimarya sacrae theologiae professoris in die festivitatis — anno 1472.“ In — Erfordensi Studio. — Sequuntur folia 3. vacua. — e.) MSC. Chartae. Patrist. S. Johannes Chrysostomus in Psalmum 50. 1472. Calamo Petri Forster ut fasc. a.) Constat foliis 12. scriptis. Charta est albicans, polita, justo margine, capite bubulo cum Stylo ac rosa prominentè insignita. Character et reliqua forma externa eadem prorsus est, quae fasce d.) fol. 1. a. auspicatur Opella immediate absque praevio titulo sic: „Pictores imitantur arte naturam et „colores coloribus miscentes etc.“ fol. 12. b. terminatur expositio cum clausula hac: „Deo et deiferao „gratias infinitas de fine primilibri. Johannis Chrysostomi sancti Doctoris et episcopi super psalmo quinquagesimo refero: In die — anno etc. (M^oCCCC LXXII. „in Erfordia.“) — Expositio haec typis (Salte Seorsim ac Sec. XV.) impressa est. — f.) MSC. Chartae. Varia nunc Scripta ecclesiastica. Collectio haec tota constat universim foliis 48. scriptis, alba Charta, polita, justo margine, capite bubulo cum Pertica in florem desinente signata. Character est Petri Forster prorsum idem, qui fasce a.) praecedenti, s. qui singulas has Opellas A. 1472: descripsit. De singulis suo ordine: 1.) Fol. 1. a. „Incipit tractatus de canonibus fidei Sancti doctoris fratris Thomae de Aquino ordinis fratrum praedicatorum ad Cantorem etc.“ Mox orditur tractatus his verbis: „Beatus Petrus apostolus quum etc.“ Fol. 17. a. terminatur hac clausula: „Finit praesens tractatus de canonibus fidei „Sancti doctoris fratris Thomae de Aquino ordinis „fratrum praedicatorum ad.“ — In die Sancti — confessoris in Erford. anno Domini 1472. 2.) Fol. 17. b. character rubro: „Augustinus de praedestinatione „ne incipit.“ Fol. 19. b. circa Medium: „Finit Augustinus de praedestinatione dominica altera post „Udalrici confessoris anno 1472.“ Mox subditur: „Sequuntur duodecim gradus virtutum.“ Eadem pagina terminatur istic hac clausula: „Finit in Vigilia „felicitis et adacti. 1472.“ 3.) Fol. 20. a. „Hieronimus de Essentia Trinitatis et de Invisibilitate et Immensitate.“ Dein Opella mox orditur ac terminatur fol. 26. a. sic: „Finit praesens opusculum sancti „Hieronimi de essentia trinitatis et de dictis de deo

recens, latine. In Octava Petri et Pauli apostolorum, anno domini 1472. In Erford. 4.) Fol. 26. eadem pagina circa medium: „Epistola beati Bernardi Clavalensis abbatis ad Canonicos Lugdunenses de conceptione beatae Mariae virginis etc.“ Epistola haec mox orsa finitur fol. 28. b. h. celso. „Finit manuscriptum beati Bernardi de conceptione beatae virginis in die Willibaldi confessoris anno domini 1472.“ Eadem pagina sequitur alia quaedam Opella, quae fol. 29. b. terminatur hac clausula: „Finit in die Willibaldi episcopi anno 1472.“ 5.) Fol. 29. eadem pagina Sequitur S. Thomae de Aquino Pater noster; quod absque titulo auspicatur: „Nota Sanctus Thomas de Aqu. sic. composuit pater noster. etc.“ Fol. 30. a. Sequitur opella quaedam tractans de Munditia Sacerdotum sacrificantium, absque ullo titulo, eadem adhuc pagina terminata sic: „Finit in Vigilia felicitis et adaucti. 1472.“ 6.) Fol. 30. b. orditur libellus S. Augustini de honestate mulierum, absque ullo titulo, nisi qui margini superno ruber inscriptus est. Fol. 32. b. circummedium: „Explicit liber de honestate mulierum beati Augustini Episcopi. In Vigilia Margarethae virginis. anno 1472. in Erford. 7.) Fol. 32. a. post medium sequitur epistola Petri Damiani de die mortis, absque titulo praemisso, fol. 33. a. lineis 2. ultimis hac notitia terminata: „Finit Epistola Petri Damiani de dei mortis excitans ad timorem Dei. In Vigilia Margarethae.“ Pagina versa subsequitur tractatus quidam Anonymi, ut videtur, ascetico-ihlgeus, fol. 37. b. sola nota anni rubra 1489 terminatur. 8.) Fol. 38. a. „Incipit Compendiosa vita Alberti mag. Ratisbonensis episcopi Ordinis praedicatorum, quae de verbo ad verbum ex approbatione Universitatis Parisiensis pendet in Choro fratrum praedicatorum ibidem, et hujus scripturae causa et ejus materia.“ Fol. 45. b. „Explicit compendiosa historia de Alberto magno in die panthaleonis matris anno 1472. etc. In Erfordia. Subjiciuntur 6. versus Leonini. 9.) Fol. 46. a. „Epistola magistri Humberti ad dominum Albertum magnum.“ Haec explicit fol. 47. a. ante medium sic: „Finit eodem die et anno 1472. 10.) Pagina eadem orditur: „Visitatio Anselmi, episcopi ad infirmum; terminaturque eadem pagina sic: 1472 finit materia praesens. Fol. 47. b. orditur: „Sermo beati Maximi episcopi de sancta Trinitate.“ „In cujus fine fol. 48. ante medium lepitur, anno — 1472 finit sermo praesens.“ Mox succedit brevis

vita *Venerabilis Bedae*, absque titulo, terminata folio verso ante medium absque clausula ulla. — 4.

VIII MSC. Chartae. *Homil.* Paginae multae lacerae rupt. Opus, ut puto, *ineditum*. Fratris Mauri Brun, Riedlingensis Presb. et Professoris, Ord. S. B. in Ochsenhausen, historia Passionis ex IV. Evangelistis collecta, seu collectura tertia Sermonum; nec non sermones varii p. annum 1407 — 1409. inclusive praedicati 1407 — 9. Scriptore ipso pariter et Auctore. Codex hic constat universim foliis 262 numeratis, eodemque Authoris calamo scriptis. Charta est alba, firma, minus polita, margine lato, et capite bovino magno cum Pertica prominente, cum chartarii Signo, conspicua. Character est gothicus minor, unic. colum. cum numeris foliorum, sine *Initialibus* paginarumque inscriptione. Cuique fere sermoni praemittitur *annus, dies et locus*, quo habitus est. Perique autem habitus sunt in *Ochsenhausen*, reliqui in *Goldbach, Laubach, S. Lobach Capella, Reinstetten* etc. Fol. 1. a. absque titulo legitur: „Anno domini 1408 feria 6ta parasceves, historia sequens de Passione domini praedicata est, per me fratrem Maurum Brun in Ochsenhausen.“ Mox orditur historia sic: „Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis etc.“ Fol. 69. a.: „Explicit historia passionis, ex quatuor Evangelistis simulque et doctorum Sacrorum dictis et sermonibus collecta et in die Veneris, majoribus praedicata anno domini 1408. per me fratrem Maurum Brun de Riedlingen presbyterum et professum in Ochsenhausen, quam praefatam historiam descripsi de novo seu collegi in unum anno domini 1409, 4ta die Martii hora septima post meridiem. Deus igitur providebit.“ Pagina versa vacat, Fol. 70. a. vacat, b. vero exhibet Xylographiam Christi cruci affigendi. Fol. 71. a. initium sumunt sermones. Quorum primus ibi praemittitur titulus: „anno domini 1409 dominica prima in 40ma Sermo in Ochsenhausen.“ Thema est: „Surge velociter, et circumda tibi vestimentum tuum et sequere me Act. 12. Fol. 230. fere totum deest, excisum, folium 240 vacat. fol. 260. b.“ „Explicit feliciter collectura tertia Sermonum fratris Mauri Brun de Riedlingen professi monachi ac presbyteri monasterii S. Georgii militis in Ochsenhausen anno 1409 Orate Deum pro me. Paginis 3. sequentibus habetur tabula collectur. tertiae Sermonum de tempore et festis.“ — 4. —

IX. MSC. Chartae. *Miscella Theolg.* Fr. Johannis Laupachii. *Conclusiones* et Notae variae theologiae. S. A.

et nomine Scriptoris. (Sec. XV.) Anonymus recentior dorso codicis externo inscripsit titulum hunc: „*Johannis Laupachii collectiones de Sacramentis*“ — ergo Joanni hocce cognomen erat Laupachius. — Constat foliis universim 157 scriptis. *Charta* est alba, firma, parumper polita, minime marginosa, chartarii signo quodam haud satis discernibili praedita. *Character* est gothicus minusculus, majusculus in Titulis, qui plerumque rubri sunt, minus elegans, unic. colum, plerumq. sine paginarum inscriptione, ac numeris foliorum. Fol. 1. b. „Hic incipit collatio de Poenitentia et de hac materia etc.“ Fol. 2. a. „De poenitentia Sermo: Thema est: Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus.“ Fol. 37. b. *character* rubro: „Et sic finiunt exceptiones de poenitentia et de contricione nec non alia cetera bona, quibus quilibet studiosus se exercitare potest a me fratre *Johanne* collecta studiosissime: „Et nunc sequitur Materia de confessione et quaestio, qui sint Canones principales etc.“ Fol. 50. a. *Character* rubro: „Nunc finiunt conclusiones valde utiles nec non praedicabiles, ad unam quamque materiam inserendam et alia multa, qualiter homo se habeat servando dominico, praecepta et quomodo mors concupiscentia et libido non est naturaliter homini insitus, sed in poenam peccati etc.“ Pagina versa rubro: „Nunc sequuntur pulcherrimae sententiae sive allegationes, tam nota ex theologis, quam philosophis diligentissime etc.“ Fol. 62. a. rubro: „Nunc finit materia de sensu spirituali, quomodo sacra scriptura sit intelligenda etc.“ Fol. 97. a. rubro: „Nunc sequuntur VIII pulcherrimae conclusiones sive doctrinae; quod timor domini est principium et causa omnium bonarum operationum etc.“ Fol. 143. a. terminari videtur opus absque clausula; ast post 8. folia vacua fol. 144. a. orditur *Sermo in festo apostolorum Petri et Pauli*, qui folio 150. a. finitur. Post folium vacuum succedit *collatio de virtute*, qua excipit alia una aut gemina fol. ultimo seu 157. b. absque clausula seu notitia ulla terminata. — 4. —

X. MSC. Chartae. a) *Scripta eccles. s. Asc.* (Sec. XV et XVI.) S. *Laurentii Justiniani* Liber de disciplina et perfectione. S. A. et nome. Scriptoris. Constat foliis 90. seu computata appendicula 92. scriptis. *Charta* est alba, firma non nil polita, lato margine conspicua, signo chartarii haud satis discernibili praedita. *Character* est gothicus minor, venustus, unic. colum, cum titulis capitulum rubris, ac *Initialibus*

bus calamo pictis: sine paginarum inscriptione ac foliorum numeris. Fol. 1. a. absque praevio titulo, *character* rubro: „In nomine domini nostri Jesu Christi incipit prologus in librum, qui inseribitur de disciplina et perfectione — conversationis: editum a venerabili ac devoto religioso domino Laurentio Justiniano, patriarcha venetiarum.“ Dein prologus mox auspicatur sic: Divina bonitas suorum volens — celestibus remunerare divitiis etc. Fol. 2. a. rubro: *Explicit prologus.* „Incipit liber.“ „Et primo qualiter dei pietas habenti homini ab innocentiae statu: triplici lege peccatorum remedia contulit; atque in temporis plenitudinem misit unigenitum suum, ut verbo et exemplo fidelis ad contemptum mundi et virtutum palmam accenderet. Cap. primum.“ Fol. 90. a. terminatur capitulum 24. seu ultimum cum notitia, *character* majusculo rubro expressa haec: „Laus deo altissimo.“ Per fratrem *Ambrosium de Haislerkirch* tunc temporis superiorem in Ursina. Pagina versa: „De nova fraternitate beatae Catharinae virginis et martyris.“ Appendicula haec terminatur per orationes seu collectas quasdam fol. 92. a. sine aliqua ulteriori notitia, Itaque *Ambrosius Ursini* Ord. S. B. professus sua Librum hunc Laur. Justiniani enarravit manu. — b) MSC. Ch. *Ascet.* Thomae de *Kempis* tractatus de disciplina Claustralium. 1522. Sine nome. Scriptoris. Constat foliis 23. scriptis. *Charta* est eadem, quae fasce. a.) lato margine. *Character* est non nil venustus, gothicus minor, unic. colum, cum *initialibus* majoribus calamo eleganter pictis, ac titulis capitulum rubris: sine paginarum inscriptione ac foliorum numeris. — Fol. 1. a. absque alio titulo praevio: „Incipit tractatus fratris Thomae Kempis de disciplina Claustralium. In quibus consistit disciplina claustralis, Capitulum primum. Mox orditur Cap. I. sic: „Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus et pereatis de via justa. Disciplina claustralis si strenue servetur, ad magnam perfectionem etc.“ Fol. 23. a. finitur cap. ultimum seu XVI cum hac notitia: „Explicit tractatus de disciplina claustralium fratris Thomae de Kempis anno domini 1522, die 23. mensis Septembris Horas. etc.“ „Adjuvat nos beata virgo Maria, beatus Benedictus, Ursula sancta cum sodalibus Amen.“ — c) MSC. Ch. (Sec. XV et XVI.) *Ascet.* (Anonym.) *Epitaphium* breve Monachorum. *Vita* homini Monachi: *Manuale* Parvulorum: et *Hospitale* Pauperum. S. A. et nome Scriptoris. Opellae istae omnes immediate sibi suc

cedunt uno eodemque fasciculo, constantque universim foliis 24. scriptis. *Charta* est eadem quae fascio a) latoque margine. *Character* est gothicus minor non invenustus, diversus tamen ab illo, quem refert fascis b.) unic. *column*, cum *Initialibus* majusculis rubris, ac titulis capitum pariter rubris: absque paginarum inscriptione et foliorum numeris cum custodiibus tamen hinc inde. Fol. 1. a. sine praevio titulo, *character* rubro: „Incipit breve epitaphium „monachorum de recta via justorum ad regnum coelorum. Cap. I“ Fol. 4. a. finitur caput ultimum seu X. hujus Epitaphii: Mox *character* rubro: „Incipit vita boni monachi.“ Fol. 5. b. „Explicit vita „boni Monachi.“ Succedunt duo pia quasi carmina.“ Fol. 6. a. circa medium: „Incipit liber, qui dicitur „Manuale parvulorum.“ Absolvitur hic 12. capitulis, ac fol. 14. a. hac clausula terminatur: „Explicit „libellus, qui dicitur doctrinale juvenum.“ Dein mox *character* rubro: „Incipit tractatus dictus „Hospitalis pauperum.“ Capitulum hujus ultimum seu XXmum finitur fol. 24. b. lin. 2. sic: „Explicit „libellus.“ Fol. 25. a. leguntur Sententiae quaedam Patrum, pag. versa vacante. — d) MSC. Ch. *Jus Regulare*. Forma *Reformationis* Monasteriorum, sive statuta monastica. 1522. sine nomine Scriptoris. Constat foliis 14. manuscriptis. *Charta* est candida, firma, minus polita, lato margine, *Character* est gothicus minusculus, unic. *column*, cum titulis capitum seu Paragraphorum et cum initial. maj. rubr; sine paginarum inscriptione et foliorum numeris. *Reformatio* haec brevis Statutorum monasticorum Congregationis ejusdem benedictinae speciem refert. Fol. 1. a. *Character* rubro: „Forma *Reformationis*.“ Mox orditur illa a Praefatione quadam, quam excipiunt capita, quorum primum est de *Abbate* alterum de divino officio et sic porro. In praefatione loquitur *Ribaldus Hentiler*. Visitator ac Reformatore monasteriorum utriusque Sexus O. S. B. *Augustensis diocesis* tam apostolica, quam ordinaria commissione specialiter deputatus. Ad finem Praefationis Monasterium, in quo haec acta sunt, vocatur Amohola (si bene lego) quod qualenam aut ubinam existat, me latet. Fol. ulti. seu 14. b. terminatur formula cum hac subscriptione: „Datum in praefato monasterio „anno 1522 mense Augusto die quinta decima.“ Hic *Ribaldus Hentiler* socios visitationis habuisse ait Calarianum *Schwertfeger* et Ruralum *Welfflin*. — 4.

XI. MSC. Chartae. a) *Ascet*. De quatuor novissimis. Absque authoris ac Scriptoris nomine. Scriptus est

ut videtur verisimillimum, Seculo XV. *Character* homogenero abbreviationum fertili, cum Initialibus majusculis. Chartularius papyrus signavit quasi 2. clavibus decussatim positus, ac ad manubria semicirculo sibi connexis. Constat foliis 32. scriptis. Fol. 1. a. legitur titulus supra dictus. Fol. 32. a. Minio scribitur haec clausula: „Explicient „quatuor novissima.“ Degras. („Deo gratias.“) *Sperans* dubito. W. — b) MSC. Ch. *Theol. mor. et Jus. eccles. univ.* „De Sepultura ecclesiastica.“ S. A. (Sec. XV. ut videtur.) Tractatus hic ab Anonymo compilatus et a scriba incognito scriptus absolvitur 6. foliis. *Charta* nunc turris, nunc capitis bubuli, vel alia figura insignitur. Fol. 1. a. orditur opella titulo supra relato. Initialia plurimam partem sunt rubrae, a Calligrafo addit. majusculae. Fol. 6. b. lin. 29. terminatur Opusculum absque clausula. — c) MSC. Ch. *Dogmat. M. Henrici* de Orsii S. Th. Lic. Determinatio quaestionis: virum Gabriel Archangelus Incarnationem Christi convenienter annuntiavit B. Virgini. S. A. (Sec. ut videtur. XV.) absque nomine scribae. Opella haec constat foliis 8. *character*, si titulos excipias, minuto homogenero scriptis. *Chartae* signum est caput bovinum majus cum perlica, corona et stella superimposita. Initialis prima solum desideratur. Fol. 1. a. *character* majusculo legitur titulus Quaestionis hic: „Utrum Gabriel archangelus ab arce coelestis aulae „missus incarnationem Christi gratia pleni convenienter annuntiavit beatissimae Virgini.“ Mox subjungitur tractatulus ipse. Fol. 8. b. lin. 2. terminatur opella, cui mox subjungitur sequens clausula: „Et est finis hujus determinationis per venerabilem „virum M. Henricum de Orsii sacrae theologiae Licentiatum deciso in alma Universitate coloniensis. — 4. —

XII. MSC. Chartae. (Anonym.) (Sec. XV.) a) *Epistolica*. Opella quaedam de *Epistolis* seu arte, scribendi epistolas. S. A. et nomine scribae. Constat foliis 11. *character* minuto partim, partim majusculo scriptis. *Charta* est alba, striptoria tum amplo, justo tum margine, figura coronae insignita. *Columna* est unica: Inscriptio paginarum ac foliorum numeri nulli visuntur. Fol. 1. a. vacat, b. orditur absque titulo sic: „Subjectum Rhetoricae Scientia „est etc.“ Fol. 11. b. finitur opella absque notitia. *Character* est prorsus idem, qui fasce sequenti b.) — b) MSC. Ch. (Seculo XV.) *Linguistica*. Stephani *Flisci* de Sontino, Gymn. Epidaur. Recto-

ris, *Synonyma*. S. A. et nomine Scriptoris. Constat 13. foliis. *Charta* est candida scriptoria, justo margine. *Character* est idem, qui fasce a sine paginarum inscriptione numericisque foliorum. Fol. 1. a. absque praevio titulo: „Stephanus Fliseus de Sontino juveni „peritissimo Johanni meliorantio ornatissimo civi „Vicentino Cancellario paduano S. P. D. S. etc.“ Praefatione hac pagina versa finita mox ordiuntur Phrases synonymae. Fol. 13. b. Author alio Epistolio ad eundem finem facit opellae sine ulla notitia. Opusculum hoc jam anno 1477 c. anni nota impressum esse constat. Utrum MSC. hoc praecesserit, aut potius ex impresso quodam desuntum sit, dubitare fas est. — c) MSC. Ch. (circa 1491 — 97.) (S. A. et nome. Scriptoris.) *Epistolica*. Caroli Manekin (Mennigken. Viruli) Epistolarum formulae. Constat foliis 46. eodem characterere ac forma externa, ut fascis b) enaratis. *Charta* est alba, scriptoria, margine justo. Fol. 1. a. characterere rubro legitur fragmentum tituli sic. „Formule epist. — domini „Karol.“ Cetera reflecta sunt Fol. 2. a. brevi ingressu orditur opus. In calce formularum epistolicarum reperitur subscriptus annus nunc 1491, nunc 1493, 1495, nunc 1497. unde circa id tempus codicem hunc scriptum esse concludere nefas haud est. Ceterum opus hoc jam Anno 1476. typis Locaniensibus impressum prodiit, unde MSC. hoc exemplar impressum posterius est. Fol. 46. terminatur Opus absque ulla notitia. — d) MSC. Ch. *Linguist.* Augustini *Dati*, Senensis, tractatulus de variis loquendi regulis, sive Poetarum Praeceptis. S. A. et nomine Scribae. (Sec. XV.) Prodiit opus hoc typis excusum Heidelbergae a. 1486. et Coloniae per Ul. Zell. S. A. Quibus utrum hoc MSC. antiquius sit editionibus, dubito, maxime autem coloniense. Constat foliis 23. calamo exaratis. *Charta* est alba, firma, minus polita, lato margine, capite bovino majore signata. *Character* est inelegans, minor, minutissimis in Notis interlinearibus: unica *columna*; sine foliorum numeris et paginarum inscriptione; cum Initialibus pictis. Fol. 1. a. In margine superno: „Eloquentissimi viri ac praecipue oratoriae artis „doctoris Augustini Senensis de variis loquendi regulis, sive poetarum praeeptis Tractatulus feliciter „incipit.“ Mox characterere grandiore quasi unciali fit initium Opus, quod fol. 23. b. absque ulla notitia explicit, forsitan nondum penitus completum. — e) MSC. Chartae. *Phlca. moral.* Seneca de IV. Virtutibus cardinalibus, sine nome. Scriptoris. Prodiit

A. 1491 typis Romanis, ac Esslingae s. A. quibus fors antiquius est MSCtum istud. Constat foliis 34. univrsim. *Charta* est alba, firma, lato margine, capite majore bubulo insignita. *Character* est minor in textu, minusculus in Notis, utrimque parum elegans: unica *columna*, cum Initialibus pictis, sine paginarum inscriptione foliorumque numeris. Fol. 1. b. legitur Biographia Senecae: Fol. 2. a. in margine Superno: „Incipit Liber Lucii Annei Senecae „de formula honestae vitae, vel de quatuor Virtutibus Cardinalibus.“ Dein mox auspicatur Opella ipsa, quae fol. 33. a. ante medium terminatur hac notitia: „Finivi anno domini MCCCC LXXX. proxima die post Thomae apostol.“ Subjicitur Epitaphium Senecae. Paginam versam ac folium ult. seu 34 occupat *Epistola beati Thomae de Aquino de modo adipiscendi Scientiam*, absque peculiari clausula sive notitia. Praecedat sequens opus impressum omnibus his manuscriptis: Ecloge Theoduli. Folium (verisimile titulus tantum) deest Fol. 2. incipit; circa initium hujus libri etc. - i. f. — Ecloge Theoduli Finis impressae liptz per Conradum Kachelonen 1482 deinde registur. Fol. 62 num. sig. Char. goth. — 4.

XIII. MSC. Chartae. a) *Polem.* Johannis Gerson, Cancellarii Paris, tractatulus sive libellus contra Asserentes, communionem sub utraque specie Laicis esse necessarium. Sine nome. Scriptoris. (Editus fors et scriptus A. 1417.) Tractatus hic typis datus est Viennae austr. A. 1482. quam editionem fors praecessit MSC. istud. Constat, computata Appendice, foliis 11. manu scriptis. *Charta* est albicans, minus polita, firma, lato non nil margine, figura quasi Urcei signata. *Character* est gothicus minor, haud elegans, unica *columna*: cum Initialibus quibusdam pictis; absque foliorum numeris et paginarum inscriptione. Fol. 1. a. in margine superno, absque alio praevio titulo legitur: „Incipit tractatulus „adversus Heres. in novam de necessaria communicatione laycorum sub utraque specie raptim „editus Constantinae anno domini 1417 die XX Augusti a Johanne Gerson (Gerson) cancellario parisiensis.“ Praemissa praefatiuncula mox orditur Opella, Fol. 9. a. terminatur cum subscriptione: „Explicit tractatulus adversus Heresin novam etc.“ ut supra in principio. Pagina versa legitur: „Sequuntur auctoritates Doctorum ad praedicta.“ Haec appendix finitur fol. 11. b. c. clausula: „Explicit.“ Fol. 12. a. habetur *Littera beati Thomae de Aquino*. Est haec moralis seu ethica sic orsa: „Quia quaesiti

„a me, qualiter intendere te oporteat in thesauro
 „scientiae acquirendo, hoc a me super hoc datur
 „consilium etc.“ Pagina versa vacat. Tractatulum
 hunc quidem Constantiae a Gersonio A. 1417. editum,
 sed postmodum ab Amanuensi quodam descriptum
 reor. — — b) MSC. Ch. *Ascet.* Tractatulus
 quidam asceticus sine titulo. S. A. et nomine scrip-
 toris. (Circa Sec. XV. et XVI.) (Rupt. fol. 21.) 4.
 Constat foliis 102. calamo fere simili ut fascis a.)
 scriptis. *Charta* est alba, justo margine, Racemo
 insignita. *Character* est goth. minor, illi, quo fas-
 cis a) gaudet, haud absimilis: unic. *column.* sine in-
 scriptione et numeris foliorum ac Initialibus. Fol. 1.
 a. opus hoc immediate absque ullo titulo sic incipit:
 „Alicui mundus pauperes et honorat, divites.“
 Fol. 102. a. terminatur hoc opus absque ulla notitia.
 — — c) MSC. Ch. (Anonym.) *Ascet.* Tractatus
 quidam de veris ac genuinis virtutibus. S. A. et
 nome. Script. (circa Sec. XV. et XVI.) Tractatus
 hic, forsau incognitus, constat foliis 25, scriptis.
Charta est albicans, tenui margine. *Character* est
 gothic. minusculus, unius *columnae*, cum Initialibus
 parvis, sine paginarum inscriptione ac foliorum nu-
 meris. Fol. 1. a. absque ullo praevio titulo orditur
 his verbis: „Sunt quaedam vitia, quae frequenter
 „speciem virtutum assumunt etc.“ Fol. 25. a. ter-
 minatur sola hac clausula: „Deo gratias.“ Mox sub-
 jicitur species brevis Homiliae in illud Luc. 16.
 „Quid faciam, cum dominus meus auferat a me vil-
 „licationem?“ Haec pagina versa linea 10. absque
 notitia finitur. — — d) MSC. Ch. *Ascet.* (*Th.*
de Kompis) De Imitatione Christi et contemptu va-
 nitatum mundi 1427. Sine nome. Scribae. Opus
 hoc post mdm. 1485 et etiam prius S. A. prodiit sae-
 pius Typis expressum. MSCtum autem hoc impress.,
 prius esse verisimillimum est. Constat foliis 35.
 scriptis. *Charta* est albicans, lato margine, nullo
 chartarii signo conspicua. *Character* est gothicus
 minusculus, minus elegans, unica *columna*, plerum-
 que sine *Initialibus* absque paginarum inscriptione
 foliorumque numeris. Fol. 1. a. sine praevio titulo
 habetur Elenchus capitum, ubi in margine calamus
 recentior librum hunc 1427. scriptum fuisse adno-
 tavit. Pagina versa orditur liber de imitatione Chri-
 sti immediate sic: „Qui sequitur me, non ambulat in
 „tenebris, dicit dominus etc.“ Fol. 27. a. in
 margine legitur Annus 1427. qui fors tempus, quo
 descriptus codex ille fuit, connotat. Sequitur Appen-

dix quaedam ascetica, quae pagina versa auspica-
 tur, ac fol. 35. a. sine notitia finitur. — 4. —

XIV. MSC. Chartae. a) *Linguist Latin.* Johannis *Acker-*
mann, O. S. B. Monasterii Blauburani Professi,
 Directorium legentium, seu Dictionarium. Exaratum
 calamo P. Jacobi *Venn*d, monachi Ochsenhusani
 1515. — Operis hujus vestigium, saltem Seculo
 XV. impressi haud reperitur. Fors ineditum
 est. Constat foliis 250. *Character* minore non nil
 venusto scriptis. *Charta* est praestans, firma, poli-
 ta, lato margine, figura Racemi signata. Ordo est
 alphabeticus: *columna* unica, sine inscriptione pagi-
 narum ac numeris foliorum. Littera *initialis* prima
 quaelibet per totum alphabetum est magna, perve-
 nusto calamo picta. Fol. 1. a. absque alio praevio
 titulo, *character* rubro: „Prologus in directorium
 „legentium fratris Joannis Ackerman, ord. S. Bene-
 „dicti, Monasterii Blauburensis professi.“ Mox or-
 ditur Authoris nuncupatio sive praefatio ad suos
 confratres Blauburanos, in qua opus hoc eo fine a
 se scriptum agit, ut in Lectione mensali uniformitas
 accentus in corruptione ac productione syllabarum
 observetur etc. Fol. 2. a. opus ipsum prosodiacum
 incipit, quod fol. 249. b. lin. 3. terminatur in Z.
 Fol. ult. seu 250. *character* rubro sequentem noti-
 tiam adjecit scriptor: „Multo sudore manu ac in-
 „nisu conscriptus est iste libellus: Directorium le-
 „gentium nuncupatus. In sex ebdomatibus finitus in
 „profesto sanctae Katharinae virginis, per manus
 „fratris Jacobi *Venn*d de Ravensburg ordinis Sancti
 „Benedicti monasterii Sancti Georii (Georgii) Och-
 „senhusen, professi. Anno Incarnationis dominicae
 „millesimo quingentesimo quinto. Sub regimine ve-
 „nerandi patris et domini Andreae abbat. Anno
 „70^o rogatu ac jussu patris Georii (Georgii) Müller
 „de Fetgnang eodem tempore prioris inibi existen-
 „tis.“ — — b) MSC. Ch. *Miscella Juridica.* Rubri-
 cae Juris civilis et canonici. Sine nomine Scribae.
 (1502.) 4. Simillimi tituli Opella typis impressa pro-
 diit Coloniae S. A. et Bononiae 1486. utrumque
 vero huic illa similis aut cum hac eadem sit, me
 latet, cum illis caream. Constat foliis 22 mnstis.
Charta est albicans, firma, justo margine, minus
 polita, capite bubulo majore cum Pertica et Aste-
 riscis prominente signata. *Character* est pro more
 gothicus minutus 2 *columnis*, cum initialibus ac titu-
 lis rubris sine paginarum inscriptione ac numeris
 foliorum. Fol. 1. a. *character* rubro: „Incipiunt
 „Rubricae juris civilis et canonici et primo florum

„rubrica Et p. ff veteris. Rubricas hasce excipiunt Abbreviationes juridicae.“ Fol. ult. seu 22. a. terminatur opella cum subjecta notitia Anni 1502 et Clausula: „Deo gratias.“ — 4. —

- XV. MSC. Chartae. (circa 1440 — 1450.) 4. a) *Ascet. Joh. Gerson* cancell. Paris. tractatus de consolatione Theologiae. S. A. et nomine Scribae. Opus hoc, quod Coloniae S. A. ac iterum ibidem A. 1488. typis prodiit, constat foliis 47 scriptis. Charta est alba, probe polita, firma, lato margine, capite bubulo cum rosa et cruce in Pertica insistente prominentibus signata. *Character* est paululum elegans et aequalis ac homogeneus, gothicus minor, ruber in titulis cujusque Metri ac Prosae unica columna: cum Initialibus eleganter pictis, ac notis marginalibus minutis; absque paginarum inscriptione ac foliorum numeris. Opus absolvitur IV. libris. Fol. 1. a. character rubro absque alio titulo praevio: „Tractatus de consolatione theologiae magistri Johannis Gerson, olim Cancellarii parisiensis post generale constantiense concilium editus anno domini 1417 et mei primo.“ Igitur Amanuensis anonymus Anno 1417. annos aetatis suae nonnisi unum numerabat, quot ergo numerarit, dum haec scripsit, latet. Ponamus, quod 30, ergo tractatum hunc calamo suo exaravit A. 1447. Si vero 40: tunc anno 1457. Itaque MSC. tum hoc prodidisse verisimile est, antequam tractatus hic typis mandaretur. Fol. 12. a. „Explicit liber primus.“ Fol. 23. a. „Explicit liber secundus. Fol. 34. a. „Explicit liber tertius.“ Fol. 47. a. terminatur liber quartus seu ult. ac cum eo totus tractatus cum clausula: „Amen.“ — — b) MSC. Ch. (circa 1440 — 50) *Ascet. Johann Gerson*, tractatus de mystica Thegia. S. A. et nom. Scribae. Constat foliis 43. scriptis. *Charta, Character* et reliqua forma externa est prorsus eadem quae fasciae a.) Fol. 1. a. character rubro: „Prologus tractatus de mystica theologia Cancellarii parisiensis.“ Fol. 2. a. post medium „Explicit prologus.“ Dein ordiuntur considerationes ipsae. Fol. 43. b. terminatur tractatus absque ulla clausula aut notitia. — — c) MSC. Ch. (circa 1440 — 50.) *Ascet. Johann Gerson*, tractatus de Oratione ejusque Valore S. A. et nom. Amanuensis. Opella haec S. A. Coloniae typis Zellii postmodum prodiit. Constat foliis 12 mscriptis. *Charta, character* et reliqua forma exterior est omnino illa, quae fasciae a.) Fol. 1. a. character rubro: „Tractatus de oratione et ejus valore, editus sub constanciensi consilio (sic) anno incarnationis domini 1416 a ve-

nerabili doctore Johanne Gerson.“ Hoc titulo praemisso mox auspicatur opella ipsa, quae consideratione 25. terminatur fol. 12. verso, absque ulla subscriptione sive notitia. — — d) MSC. Ch. (circa 1440 — 50.) 4. *Ascet. Johann Gerson* Dialogus de Perfectione cordis. S. A. et nome. Scriptoris. Opella haec sub titulo: *De Perfectione et directione cordis* videtur fuisse impressa Coloniae per Ulr. Zell S. A. post modum. Constat 10½ foliis scriptis. *Charta, character* ac cetera forma exterior est penitus eadem, quae fasciae a.) supra. Fol. 1. a. character rubro: „Dialogus de perfectione cordis magistri Johannis de Gersona cancellarii parisiensis, compilatus Lugduni sub anno 1423.“ Titulum hunc mox opusculum ipsum excipit in forma dialogi inter Theologum et Animam, fol. 11. a. sine notitia finali terminatum. — — e) MSC. Ch. (circa 1440 — 1450) *Theol. mor. Johann Gerson*, tractatus de Sollicitudine Ecclesiasticorum Clericorum. S. A. et nome. Scribae. Tractatus hic postmodum typis Zellii Coloniae S. A. prodiit. Constat autem foliis 13½ scriptis. *Charta, character* calami, et reliqua forma externa est simillima ut fasciae a.) Fol. 11. fascis d.) praecedentis verso character rubro legitur titulus sic: „Tractatus de sollicitudine ecclesiasticorum et clericorum Cancellarii parisiensis ad fratres Celestinos continens 68 particulas. Tabula quaestionum in eo tractandarum.“ Tabula haec fol. 12. a. finita orditur ipse tractatus, terminaturque fol. 25. a. lin. 3. sine notitia. — — f) MSC. Ch. (circa 1440 — 50.) 4. *Ascet. (Johann Gerson)* opusculum de modo vivendi omnium fidelium secundum Statum. S. A. et nome Scriptoris. Opellam hanc *Gersonii* esse, ac postmodum typis Zellii Coloniae S. A. fuisse excusam docet Panzer Vol. V. *Anal. typ.* pag. 220. col. 2. Constat foliis 2. cum dimidio, sive 5 paginis scriptis. *Charta, character* et forma exterior reliqua omnis est eadem, quae fasciae a.) Fol. 25. a. fascis praecedentis, circa medium character rubro sic inscribitur: „Opusculum de modo vivendi omnium fidelium secundum statum abbreviatum.“ Hoc praemisso mox ordiuntur regulae breves pro singulis hominum statusibus, quae fol. 27. a. sine subscriptione aliqua finiuntur. — — g) MSC. Ch. (circa 1440 — 50) *Theol. mor. vel Casuist. Johann Gerson* tractatus de Celebratione Missae et Pollutione, ejus impedimento. S. A. et nome. Scriptoris. Sub alio paululum titulo impressa postmodum haec opella est. Constat vero foliis 9. cum dimidio scriptis. *Charta, Character* s. calamus et

reliqua forma exterior penitus conspirant cum fasce. a.) Fol. 27. praecedentis fascis verso charactere rubro reperitur hic titulus: „Tractatus de Celebratione „Missae et ejus ut videtur impedimento per nocturnam pollutionem Cancellarii parisiensis. Titulo succedit praefatio quaedam, quam eadem adhuc pagina excipit consideratio I. Fol. 36. b. terminatur consideratio Xma seu ultima, sine subscriptione vel notitia. — h) MSC. Ch. (circa 1440 — 50.) 4. *Script. eocles.* „Tractatus mysticae theologiae *Dyonisii areopagitae* ad Timotheum transmissus.“ S. A. et nome Scriptoris. Typis postmodum prodit hic tractatus. Constat autem foliis 2. scriptis. *Charta, character* et reliqua forma exterior eadem est, quae fasce a) et sqq. Fol. 1. seu fascium praecedentium quorundam fol. 37. a) charactere rubro legitur, quem supra recitavi, titulus, quem immediate excipit Opella ipsa, fol. 38. b. sine subscriptione terminata. — i) MSC. Ch. (circa 1440 — 50.) *Theol. mor.* Johann *Gerson*, Conclusiones seu Regulae morales e diversis materiis moralibus. S. A. et nome. scriptoris. Opella haec postmodum diversis typis prodit eodem seculo XV. S. A. Constat foliis 25. scriptis. *Charta, character* calami et forma exterior reliqua prorsus convenit cum fasce a) et aliis praecedentibus. Fol. 1. a. charactere rubro: „Prologus conclusionum seu regu- „larum de *(deys)* peccatorum de praecipitis et sacra- „mentis per magistrum Johannem de Gersona „positarum.“ Prologum pagina versa excipit ipse tractatus, qui folio 25. absque notitia alia finitur. — k) MSC. Ch. (circa 1440 — 50.) *Ascet.* Johann *Gerson*, tractatus de spirituali Vita Animae. S. A. et nome Scribae. Tractatus hic postmdm Parisiis A. 1493. excusus primo fuit. Constat foliis 60. computata tabula, scriptis. *Charta, character* calami reliqua forma exterior eadem omnino est, sicut fasce a) et sqq. Fol. 1. a. charactere rubro: „Tabula „materias locorum sequentium juxta ordinem alpha- „beticum demonstrans.“ Tabula fol. 4. b. finita, fol. 5. a. legitur titulus pariter ruber sic: „Prologus „tractatus de spirituali vita animae Cancellarii pari- „sienensis.“ Nuncupat auctor opus Petro, Epspo. Cameracensi, suo magistro. Prologo finito pagina versa orditur tractatus ipse fol. 60. a. sine notitia terminatus. — l) MSC. Ch. (circa 1440 — 50.) *Theol. mor. et Ascet.* (Joh. *Gerson*) Opusculum tripartitum de praecipitis, de Confessione, et de arte bene moriendi. S. A. et nome scribae. Opusculum hoc postea typis Zelli Coloniae S. A. et alibi S. L.

et A. prodit impressum. Constat universim foliis 18. scriptis. *Charta, character* ac reliqua forma externa exacte convenit cum fasce a) et seqq. Fol. 1. a. orditur opusculum hoc a Praefatione quadam, nullo prorsus praemisso titulo, his verbis: „Christianitati „suis qualiscunque Zelator — salubre duxi sequens „opusculum tripartitum de praecipitis, de confessio- „ne, de suavi morte etc.“ Etsi vero Author non nominetur, indubium tamen est, Joh. *Gerson* opellam hanc elaborasse. vid. *Panzer.* Annal. typ. Vol. V. pag. 219. col. 2. Folio verso circa medium tractatus prior initium sumit, fol. 12. a. finitus. Fol. eadem b. orditur tractatus alter absque titulo his verbis: „Quisquis a morte peccati ad salutis et glo- „riae statum volet resurgere etc.“ terminatur autem folio 16. a. Fol. 16. b. charactere rubro exprimitur tam titulus opellae tertiae, quam nomen authoris sic: „Opusculum pro conquirenda notitia bene mo- „riendi *Gersonis.*“ Praemisso brevi proemio mox dein orditur opella ista, ac absque notitia alia terminatur fol. 18. b. — m) MSC. Ch. (circa 1440 — 50.) *Theol. mor.* Johann *Gerson*, tractatus de audienda Confessione: item tractatus de injungenda poenitentia Recidivis. S. A. et nome Scriptoris. Forsan sub mutato paulisper titulo typis postmdm. excusa sunt haec duo *Gersonis* opuscula. Constant vero, computata, quae adnectitur, Indulgentiarum Bulla, universim fol. 11. scriptis, *Charta, character* ac reliqua forma exterior est positus eadem, quae in fascibus a) et reliquis prioribus. Fol. 1. a. charactere rubro: „De audienda confessione tractatus „perutilis cancellarii parisiensis.“ Fol. 6. a. finitur hic tractatus absque alia notitia. Fol. 6. b. charactere rubro: „tractatus de injungenda poenitentia „contra recidivum.“ Terminatur iste folio 9. circa medium, ubi mox charactere rubro adnotatur: „Te- „nor bullae indulgentiarum festi etc.“ Bulla haec explicit fol. 11. seu ult. a, sine ulla alia ulteriore notitia. — 4. —

XVI. MSC. Chartae (circa 1460.) *Fratris cujusdam Cisterciensis (Socci)* Sermones de Sanctis per Annum. S. A. et nomine Scriptoris. Nomen Authoris habetur in titulo, qui codicis dorso adfigitur, littera S. Sermones hi varlis postmdm. prodire typis nomine *Socci* seu *Succi*. Consta eodem hic universim foliis 176. manu anonymi scriptis. *Charta* est firma, alba, impolitae amplo margine, capite bovino, inter cujus cornua luna visitur insignata. *Character* est gothicus

parvus et inelegans, in 2. *columnis*, cum titulis sermonum rubris, et numeris eorundem gothico romanis rubris, margini superno inscriptis: sine paginarum numeris: cum initialibus majoribus rubris. Fol. 1. col. 1. „Incipit prologus tabulae — Sermonum „de Sanctis per circulum anni fratris cuiusdam ordinis Cyst. etc. Elenchum hunc Sermonum excipit „tabula rerum alphabetica, quae fol. 9. col. 1. ante „medium finitur. Post folia 4. vacua fol. 10. margine superno legitur caractere rubro: „Soccus de „Sanctis incipit feliciter.“ Mox col. 1. orditur Sermo I de S. Andrea. Fol. ult. seu 176. col. 2. terminatur Sermo postremus de dedicatione, in ordine centesimus duodecimus, absque ulla notitia. — Fol.

XVII. MSC. Chartae. (Sec. XVI.) *Homil. et Miscell. theol.* Johann Laubacher, Quaestiones ac Sermones varii de adventu domini, de poenitentia, restitutione, obligatione audiendi missam etc. S. A. et nomine Scriptoris. Tota haec collectio constat foliis 195. scriptis. Charta est candida, firma, impolita, justo margine, signo Racemi, aut alio interdum signata. Character est gothicus minusculus; majusculus in titulis, unicae columnae, interdum cum *custodibus*; sed absque foliorum numeris ac paginarum inscriptione. Circa initiales nil antiquitatis alias commune observatur. Ceterum character etsi non similis, certe coaevus illi, quo *Laubachii* conclusiones ac notae variae thlgiae. Scriptae sunt. Fol. 1. a. orditur absque ullo alio praevio titulo codex iste sic: „Quaestiones pulcherrimae de adventu domini „in carnem.“ Post folia 31. sequuntur folia 8. vacua. Fol. 70. a. caractere rubro: „de restitutione damni. „In anima: corpore fama. et cetera quam „plura de restitutione etc.“ Fol. 91. excipiunt folia 4. denuo vacua. Fol. 92. verso incipit sermo de adventu. Fol. ult. seu 193. b. terminatur codex iste sine ulla clausula aut notitia. — 4. —

XVIII. MSC. Chartae. (circa 1478.) a) *Theol. moral. Lavaarum* Conscientiae S. A. et noie Librarii. Opus hoc postmodum 1489 et sqq. typis quoque prodit diversis. Constat foliis 108. scriptis universim. Charta est alba, nil polita, lato paulisper margine, variis chartularii signis, alias in solitis, notata. Character est gothicus minusculus, haud in elegans, abbreviationibus abundans, unica *columna*, sine paginarum inscriptione, cum *Initialibus* rubris calamo pictis, plerumque sine foliorum numeris. Fol. 1. a. absque titulo praevio legitur: „Liber iste intitulatur lavacrum

„conscientiae omnium sacerdotum etc.“ Sequitur Elenchus materiarum fol. 2. a. finitus. Fol. 3. a. opus auspicatur his verbis: „Lavamini mundi est etc.“ Fol. ult. seu 108. a. „Finitus feliciter est libellus „iste de quo sit laus tibi Jesu Christe Amen.“ Pagina versa caractere rubro legitur: „Ista duodecim „Impediunt quod tam paci veniunt ad statum perfectionis.“ Causis istis XII enaratis eadem adhuc pagina terminatur haec opella sine ulla notitia. Ex Analogia characterum ut videtur hoc lavacrum eodem anno 1476. fuisse exaratum, quo sermo pro defunctis infra fasce g) notatus, ac anni nota insignitus. — b) MSC. Ch. *Miscella theol.* Fascis iste constat foliis 7. Scriptis, complectitur Opellas sequentes: 1.) S. Jo. *Chrysostomi* Expositionem orationis dominicae. 2.) Sententias quasdam patrum. 3.) Versus de observatione Interdicti. 4.) Tractatum Anonymi de puro Corde. 5.) Opusculum de periculis seu defectibus in Missa per negligentiam occurrentibus. 6.) Opusculum de S. Cruce (Anonymi) S. A. et noie Scribae. (Circa ann. 1478.) Charta ubique est eadem, idemque character sive manus, totaque forma exterior simillima ut fasce a) praecedenti. Fol. 1. a. legitur: *Chrysostomus*: dein mox orditur „Pater noster“ seu hujus explanatio, quae fors *Chrysostomi* non est; saltim enim seorsum typis illam prodisse haud meminit *Panzerus*. Finitur fol. 2. a. sine notitia. Fol. 2. b. absolute ac absque titulo leguntur sententiae quaedam de mundo etc. S. Bernardi etc. absque clausula. Fol. 3. a. *Versus de observatione Interdicti* incipiunt; pagina versa finiti. Fol. 4. a. caractere rubro: „De puro „corde.“ Tractatulus hic ibidem mox auspicatur, finiturque fol. 5. b. lin. 3. Fol. 5. post lineam 3. caractere rubro: „De periculis seu defectibus in „missa per negligentiam occurrentibus“ Fol. 7. a. terminatur et hoc opusculum sine subscriptione aut notitia. Fol. 7. b. caractere nigro: „De sancta „cruce.“ Mox orditur opella haec, ante hujus paginae finem sine clausula jam terminata. Ex analogia characteris ceteris opellis haece pariter annum 1478. circiter tribuendum censemus. — c) MSC. Ch. (Sec. XV.) *Ascet.* Henrici de *Hassia* tractatus de proprietatibus Religiosorum, seu de Religiosis proprietariis. S. A. et noie Scriptoris. Constat 11. foliis scriptis. Charta est alba, firma, impolita, tenui margine, capite, ut videtur, bovino signata. Character est minor, non inelegans, nec difficulter legibilis; unic. *colum.* cum initiali rubro calamo exa-

rata: sine paginarum inscriptione ac foliorum numeris. Fol. 1. a. In margine superno caractere rubro: „Hic notat pulchra scripta de proprietariis edita per „magistrum reverendum Hainricum de Hassia.“ Immediatè jam orditur tractatus his verbis. „Pro salute eorum, qui vitia fugere cupiunt etc.“ Fol. 11. a. caractere rubro exprimitur haec clausula: „Explicit tractatus de proprietatibus Religiosorum editus per venerabilem magistrum Henricum de Hassia doctorem sacrae paginae.“ Paginam versam occupat historiola quaedam, alio longe caractere scripta, huc minime spectans. Opellam hanc, seculo saltem XV., nullibi lego impressam: fors adhuc dum inedita est. — — d) MSC. Ch. (circa 1478. *Dognat.* Anon. Tractatus quidam de Indulgentiis: S. A. et nom. Librarii. Constat univers. 21. fol. scriptis. *Charta* est alba, polita, firma, justo margine, signo coronae notata. *Character* et reliqua forma externa non discrepata fasce a) Fol. 1. a. sine titulo sic orditur: „Quaeritur, utrum per indulgentias possit aliquid remitti de poena satisfactoria etc. Fol. 16. b. subjungitur Eugenii P. M. qui Urbano IV, Bulla Indulgentiarum intulit S. S. Altaris Sacramenti data Romae apud S. Petrum 1433. VII. Junii pontificatus tertio. Fol. 18. a. Subjicitur Bulla Urbani IV eadem de causa data, una cum Opella quadam de iisdem circa festum Corporis Christi indulgentiis, quae fol. 21. a. incipit, ac fol. 23. a. absque notitia explicit. Paginam versam occupant casus Episc. et Papae reservati, sine ulla notitia. — — e) MSC. Ch. (circa 1476.) *Ascet.* „Tractatus de Remediis Temptationum fratris ordinis praedicatorum.“ (Anon.) S. A. et nom. Librarii. Constat foliis 5. scriptis. *Charta* est albicans, non nil polita, firma, lato margine, signo coronae, a priori corona diversae, notata. *Character* est similis ut fasce a, paulo majusculus tamen. Reliqua forma exterior est ut ibi. Opella tribuitur in XII. Remedia. Fol. 1. a. caractere rubro exprimitur, quem supra recitavi, titulus. Dein praemittitur praefatio quaedam his orsa verbis: „Ad honorem dei dicam aliqua remedia contra aliquas „temptationes spirituales, quae in hoc tempore habundant etc.“ Fol. 5. b. finitur Opusculum absque ulla notitia. Cum ejus character penitus sit idem, qui in seqtibus, annum ei pariter adsigno 1478. — — f) MSC. Ch. (circa 1478.) *Ascet.* „Gerson de Remediis contra pusillanimitatem Scrupulositatem. Contra deceptorias Inimici consolationes et subtiles ejus „temptationes.“ S. A. et nom. scribeae. Tractatus

hic Jo. Gersonis naturae jam typis Coloniensibus et Ulmensibus S. A. prodiit. Constat foliis 12. scriptis. *Charta* est alba, ceteroquin ut fasce c) praeced. Idem est de caractere et reliqua forma exteriori. Litera L aut puncto caret, aut subtili obliqua virgula superius insign. Fol. 1. a. caractere rubro expressus est, quem modo recitavi, titulus, quem initium opellae mox sequitur. Fol. 12. b. „Explicit „tractatus de remediis contra pusillanimitatem, scrupulositatem et deceptorias inimici consolationes et „subtiles ejus temptationes venerabilis magistri Johannis Gerson, cancellarii parisiensis.“ — — g) MSC. Ch. (1478.) *Homil.* (Anonym.) *Sermo* pro defunctis, sine noie Librarii. Constat 7. foliis scriptis. *Charta, character* et forma externa reliqua omnis se habet, ut fasce f.) Fol. 1. a. caractere rubro legitur titulus: „Sermo pro defunctis: Dein „sermo immediate orditur a duplici Themate, quorum primum est Ecclsi. 38. In requie mortuorum „requiesce et fac memoriam ejus: alterum eccles. „Hostias et preces, quas tibi domine offerimus, tu „pie suscipe pro animabus illis, quarum hodie „morian agimus fac eas domine de morte etc.“ Fol. 7. b. ubi sermo hic sine subscriptione ulteriori explicit, reperitur eadem manu additus annus 1478. Fol. 8. seu sequenti continetur: „Quid sit Quadragesima Septena et Karena.“ Hic enim titulus caractere rubro expressus reperitur fol. 8. a. Pagina versa est finis totius Codicis absque ulteriori notitia. Character autem ultimi hujus appendicis est idem, qui fasce a.) — 4. —

XIX, MSC. Chartae. (Sec. XVI.) *Homil. Sermones* de dominicis et festis, item alii nonnulli S. A. et noie. Scribeae. Codex totus comprehendit universim folia 179. scripta: nempe 98, quoad dominicale: 64. quo ad festive: et 17. quoad cetero. *Charta* praestat albedine, politura, lato non nil margine ac bovino capite cum Pertica et Rosa prominentè insignata. *Character* in partibus 2. prioribus fere semper est idem: in 3tia autem varius: minusculus fere ubique, unica columna: cum initialibus calamo rubricatis; sine paginarum inscriptione et numeris foliorum. Fol. 1. a. orditur absque ullo titulo praevio Sermo de dmica XVII. sub themate: „Obsecro vos ego vincitus „in domino et digne etc.“ Fol. 98. b. terminatur Sermo postremus hujus partis I, qui est de domica nona post Pentecost. absque notitia. Sequuntur folia aliquot vacua. Dein fol. 1. a. orditur Pars IIa sub titulo faciens de festo S. L. de Circumcisione etc.

Fol. 64. b. absque clausula explicit etiam hæc Festivale. Post folia aliquot vacua fol. 1. b. ordiuntur Sermones diversi, quorum primus est sub thmate: „Sanctificavit tabernaculum suum altissimus“ etc. Fol. 9. a. agitur de Interdicto: fol. 10. a. de statu viduitatis: sequuntur alia nonnulla. Fol. ult. seu 17. b. terminatur totum opus absque ulla subscriptione vel notitia. — 4. —

XX. MSC. Chartae. a) *Dogn. moral.* (1578.) Anonym.) *De Officio sacerdotum* Libri IV. Sine nomine Librarii. Constat foliis 170; scriptis, *Charta* est candida; laevigata, justo margine. *Character* est gothicus minusculus; facile legibilis; majusculus item ruber in capitum titulis: unice, *column.* cum *Initialibus* majoribus pictis calamo: sine inscriptione paginarum ac numeris foliorum. Fol. 1. a. *Character* majusculo rub. nigro exaratur titulus: „Liber „primus de officio Sacerdotum, rite et sapienter „administrando.“ Praeced. dein praefatio, quam fol. 5. a. excipit Cap. I. Fol. 46. a. „De officio „Sacerdotis bene etc. Liber secundus; De horis „canonicis cap. I. Fol. 70. a. Liber tertius de sa- „cerdotis officio secundo, videlicet Sacramentorum „administratione. De Sacramentis in genere. cap. I. „Fol. 104. a. Liber quartus de Sacramento poeni- „tentiae. Cap. primum de virtute et Sacramento „poenitentiae in genere.“ Fol. ult. seu 170. a. terminatur opus cum hac clausula: Finis 4. lib. pridie calend. Junii. Anno domini 1578. — — b) MSC. Cl. *Jus eccl. univ.* (Anonym.) *Tractatus in Domini Soto Jus canonicum de Jure et Justitia.* Diltingae 1599. Sine nomine librarii. Constat foliis 88. scriptis. *Charta* est candida, laevigata, justo sat margine. *Character* est minor in titulis, minusculus in opere, cum notis hinc inde marginibus: unice *columnae*: cum et sine numeris foliorum, item cum et sine inscriptione paginarum. Circa *Initiales* nil antiqui observatur. Fol. 1. a. *character* capitali venusto legitur titulus supra dictus. Loca autem et annus exprimuntur *character* majusculo gothico. Pagina versa vacat. Fol. sequenti seu fol. 1. numerato a. orditur tractatus ipse, fol. 88. b. sine clausula aut notitia terminatus. — 4. —

XXI. MSC. Chartae. *Ascet.* „Tractatus de veneno vitiorum traditus a fratre *Malachia* de provincia Ybernie etc. per Mthi. Huber Monachum Ochsenhusanum (1449) *Charta* est alba, firma, agno pascale insignita, lato margine. *Character* non est inelegans, homogeneus ac luculentus. Capiti enique praemittitur

titur titulus ruber. *Initiales* sunt majores rubrae. Titulus suprapositus ruber Fronte fol. 1. occupat. Opella terminatur fol. 35. a. seu ultimo, definitionibus Vitiolorum, quorum Remedia opellam praeviam constituunt. Terminatur autem clausula rubra hac: „Et sic est finis. Explicit tractatus de veneno vitiorum traditus fratre *Malachia* de provincia Ybernie „scriptus per me Mathiam Huber monachum in Ochsenhusen Anno domini 1449 in die Philippi et Jacobi“ — 4. —

XXII. MSC. Chartae. a) *Patristica.* S. *Basilii* M. de legendis Antiquorum s. Gentilium libris, Leon. Aretino Interprete, Scriptus calamo Anonymi 1493. Libellus hic A. 1478. Venetis typis ac etiam S. A. Ulmensibus Jo. Zainero impressus, postmodum calamo ex impresso Ulmensi descriptus est A. 1493, uti ex calce liquet. Constat autem hoc manuscriptum foliis 11. scriptis. *Charta* est alba, firma, modice polita, lato margine, capite bubulo magno cum peritica et luna atque cruce prominente signata. *Character* est gothicus minusculus, non inelegans, unice *columnae*, cum *Initialibus* majoribus rubris calamo pictis: sine paginarum inscriptione ac numeris foliorum. Fol. 1. a. „Leonardi Aretin ad Collucium „salutatum praefatio in magni Basilii librum incipit „feliciter.“ Praefationem excipiunt *tituli praesentis libelli*. Fol. 2. a. his finitis legitur titulus sic: „Magni Basilii Caesareae civitatis Archiepiscopi ad „nepotes suos pulchrum de legendis libris secularibus opusculum, titulis rubricisque interstinctum „incipit feliciter.“ Fol. 11. b. terminatur Opusculi conclusio, additurque notitia haec: „Magnus Basilii „de poetarum oratorum historicorumque ac philosophorum legendis libris Ulmae impressus et per Martinum Brenningarium (quo facilius intelligatur) rubricis titulisque interstinctus: feliciter finit.“ Dein annus ac dies scriptionis ita notatur: „Telos hujusce libelli salubris adest in Nicolai profesto anno patris 1493. Sit benedicta manus quae scripserit „hunc libellum.“ De Opusculo hoc Ulmae impresso, ex quo copia haec desumta est, vide *Strass Opp. rar.* Rebdorf p. 10. n. XII. — — b) MSC. Cl. (circa 1499.) *Th. mor. et Jus Eccles. univ.* Cui Parochiani teneantur confiteri? Quaestio tribus propositionibus decisa. Sine noie Scribae. Opella haec constat univers. foliis 11. scriptis. *Charta* est alba, parumper polita, tenui margine, Capite bovino majori cum stilo et cruce prominente insign. *Character* est gothicus minusculus laud inveniustus unice, *column.*

sine paginarum inscriptione ac numeris foliorum. Fol. 1. a. absque praevio titulo legitur: „Cui Paro-
 „chiani teneantur confiteri respondeo per tres pro-
 „positiones.“ Propositionibus finitis sequitur fol. 8.
Calixtina de eadem manu, Romae apud S. Mariam
 majorem A. 1456. XII. Cal. Septemb. data. Hanc
 vero excipit fol. 10. a. *Siatina*, Romae apud S.
 Petrum 1468. XV. Cal. Jul. data ac fol. 11. verso ter-
 minatur cum Clausula: „Finis 99.“ (scil scriptum
 Anno 1499.) — — c) MSC. Ch. (circa 1500). *Casui*,
 Petri Schotti quaestiuiculae cum Responsis Gabrielis
Biel ad easdem. Item Canon omnis utriusque Sexus
 Idiomate teutonico publicata: S. A. et noie Scribae.
 Constat h. fasc. univers. foliis 7. scriptis, *Charta*
 est albicans minus polita, tenui margine. *Character*
 est goth. minutus, unic. colum. sine paginarum in-
 scriptione et numeris foliorum. Fol. 1. a. legitur
 titulus: „Quaestiuiculae Petri Schotti quas magistro
 „Gabrieli byhel praeposito — Theologiae doctissima
 „licentiato obtulit: cujus responsa mox subjecta
 „sunt.“ Illae et ista dein mox ordiuntur per modum
 dialogi inter P. et G. i. e. Petrum et Gabrielem.
 Sequuntur alia Petri Schotti consilia etc. Fol. 4. b.
 Succedit canon *omnis utriusque* Initio latine, dein
 integer teutonice, fol. 7. b. sine notitia aliqua ter-
 minatus. — — d) MSC. Ch. (circa 1500.) *Liturg.*
vel Poetica, (Anonym.) Hymnus et Ode de S. Do-
 rothea virg. et Mart. S. A. et nomine Scribae. Constat
 universim foliis 3. scriptis. *Charta* est alba, firma,
 parumper polita, justo margine, Capite bovino cum
 Portica, cui anguis circum volvitur, et cruce pro-
 minente signata. *Character* est gothicus pervenu-
 stus, minor, in titulis majusculus, unic. colum. sine
 paginarum inscriptione ac numeris foliorum. Fol.
 1. a. legitur titulus: „De invictissimae virginis et
 martyris Dorotheae gloriosissimo triumpho hymnus:
 Ode monocolor: carmine trochaico: archilochio te-
 tra metro: catalectico: „Dein orditur hymnus fol. 3.
